ibi S. *τοῖσι πορ.: τοῖς φορολόγοις. τούτους λέγει τοὺς περὶ πόρου χρημάτων* (v. ibi 1387.) *εἰσηγουμένους. εἴη δὲ σχοινίον* (*πρὸς ἀγχόνην*), *ὃ ἐπιδίδωσιν* (imo *ἀποδίδωσιν*) *αὐτοῖς.* lexicon rhetor. p. 294, 19. *πορισταί: ἀρχή τις, ἥτις πόρους ἐζήτει.* Suidas, haec spectans, ut videtur, *πορισταί: οἱ τοὺς πόρους εἰσηγούμενοι δημαγωγοὶ ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν λυσιτελεῖ.* Demosthenes commemorat *τῶν χρημάτων ταμίας κ. πορισταίς.* cf. Böckh. Staatshaushalt der Ath. 1., p. 179., Schneider lex. gr. h. v.

ἐσηγητάς. S. *αἰτίους*, Portus *auctores.* vox rarior; sed *εἰσηγεῖσθαι, auctorem esse alicui alicujus rei*, passim legitur apud hunc nostrum, Xenophontem, alios.

τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι. Aug., Cass. *ἐκείνους*, quemadmodum Graeci dicunt *τὸ ἐπ' ἐμὲ* (*quod ad me attinet*). Sophocles Ant. 817, (889.) *τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην*, ut M. notavit gr. §. 586., p. 861. 1. ed. Xenophon Hellen. 3, 5, 8. *ὥστε, τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, ἀπολώλατε.* S. *τὸ εἶναι περιττόν.* — cf. ann. ad 4, 28., interpp. Gregorii Cor. p. 74., Reiz. ad Viger. p. 752. etc. frequentiorem in hac formula dativum esse, observavit G—r.

ἄκριτον Dan. ceteri ll. male *ἄκριτοι*, quemadmodum Gregorii Cor. codd. plerique *βιαιότεροι* proclivi lapsu. *ἄκριτον κ. βιαιότερον*, i. e. *ἀκρίτως κ. βιαιοτέρως.* homines de plebe innumeros, et violenta morte, velut in bello, absumi, facile, si per illos stet, passuros esse ait optimates: quamobrem nihil interesse plebis sociorum, ut isti administrent rempublicam, per quos non melius sibi sit futurum. *ἄκριτον, innumerabiliter*, quemadmodum Homerus Il. *β'*, 868., *γ'*, 412., Odyss. *θ'*, 505., dixit *ἄγεα ἄκριτα, ἄκριτα πολλά, ἀκριτόφυλλος*, Euripides Pirithoi fragmento 2. *ἄκριτος ἄστρων ὄχλος*, etc. nullum hic significari videtur judicium, aut supplicium, ut censebat Heilmann., qui haec ita reddidit „Wenn es auf Diese ankäme, würden sie die Leute *unverhörter Sachen* und gewaltsamer Weise *hinrichten* lassen."

49. *ξυμμαχίᾳ* dictum metaphorice, ut passim *σύμμαχος, συμμαχεῖν*, etc. v. Bähr. ad Herod. 6, 65. Xenophon Mem. Socr. 1, 2, 24. *Καὶ Κριτίας δὴ καὶ Ἀλκιβιάδης*

τὸ πρῶτον αὐτοῖς ἐδόκει, τά τε παρόντα ἐδέχοντο, καὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρέσβεις Πείσανδρον, καὶ ἄλλους, παρεσκευάζοντο πέμπειν, ὅπως περί τε τῆς τοῦ Ἀλκιβιάδου καθόδου πράσσοιεν, καὶ τῆς τοῦ ἐκεῖ δήμου καταλύσεως, καὶ τὸν Τισσαφέρνην φίλον τοῖς Ἀθηναίοις ποιήσειαν.

Itaque Phrynichus, sibi metuens, si Alcibiades restituatur, clam Astyocho rem omnem aperit; sed ille, omnino, ut ferebatur, adjunctus Tissapherni quaestus gratia, rursus indicat illi et Alcibiadi; qui quidem, confestim litteris Samum missis ad magistratus, interfici jubet Phrynichum.

50. Γνοὺς δὲ ὁ Φρύνιχος, ὅτι ἔσοιτο περὶ τῆς τοῦ Ἀλκιβιάδου καθόδου λόγος, καὶ ὅτι Ἀθηναῖοι ἐνδέξονται αὐτὴν, δείσας πρὸς τὴν ἐναντίωσιν τῶν λεχθέντων ὑφ' αὑτοῦ, μὴ, ἢν κατέλθῃ, ὡς κωλυτὴν ὄντα, κακῶς δρᾷ, τρέπεται ἐπὶ τοιόνδε τι. πέμπει ὡς τὸν Ἀστύοχον, τὸν Λακεδαιμονίων ναύαρχον, ἔτι ὄντα τότε περὶ τὴν Μίλητον, κρύφα ἐπιστείλας, ὅτι Ἀλκιβιάδης αὐτῶν τὰ πράγματα φθείρει, Τισσαφέρνην Ἀθηναίοις φίλον ποιῶν, καὶ τἄλλα σαφῶς ἐγγράψας· ξυγγνώμην δὲ εἶναι ἑαυτῷ περὶ ἀνδρὸς πολεμίου καὶ μετὰ τοῦ τῆς πόλεως ἀξυμφόρου κακόν τι βουλεύειν. ὁ δὲ Ἀστύοχος τὸν μὲν Ἀλκιβιάδην, ἄλλως τε καὶ οὐκέτι ὁμοίως ἐς χεῖρας ἰόντα, οὐδὲ διενοεῖτο τιμωρεῖσθαι· ἀνελθὼν δὲ παρ' αὐτὸν ἐς Μαγνησίαν, καὶ

ἕως μὲν Σωκράτει συνήστην, ἐδυνάσθην, ἐκείνῳ χρωμένῳ συμμάχῳ, τῶν μὴ καλῶν ἐπιθυμιῶν κρατεῖν. idem Oecon. 2, 5. πολίτας δειπνίζειν καὶ εὖ ποιεῖν, ἢ ἔρημον συμμάχων εἶναι, etc. Ammonius p. 131. ed. Valck. συμμαχεῖν μὲν γὰρ λέγεται τὸ * σὺν ἑαυτοῖς (scribamus τὸ συνεστὸς), φησὶ Δίδυμος, εἴτ' αὐτοῖς ἐπίοιεν πολέμιοι, εἴθ' ἕτεροι ἐπιστρατεύοιεν. igitur non est quod ponamus, auctore Haackeo, ξυνωμοσίᾳ, vocem propriam, cujus in locum minime verisimile videtur librarios tropicam supposuisse. quanquam vel proprio sensu Thuc. ξυμμαχίαν dicere potuit a consequente, siquidem certamen expectandum erat conjuratis, Atheniensium rempublicam evertentibus.

50. ἐνδέξονται, accepturi, sive approbaturi, essent. „7, 49. οὐδ' ὁπωσοῦν ἐνεδέχετο." Did.

πρὸς τὴν ἐναντίωσιν τῶν λεχθ. δείσας, μὴ ὑπεναντίως τῇ γνώμῃ αὐτοῦ (malim αὑτοῦ, ipsius, Phrynichi.) κατελθὼν ὁ Ἀλκιβ. κακώσῃ αὐτόν. S. Aug. „Bauerus ob contrariam rationem ab ipso allatorum, πρὸς τὸ εἶναι ἐναντία (τῷ Ἀλκιβιάδῃ) τὰ λεχθέντα ὑφ' αὑτοῦ (Φρυνίχου)." Hk.

πέμπει ὡς τὸν Ἀστ. Huc spectat Suidas in Φρυνίχου πάλαισμα, Aristophanes Ran. 701. (645.) cf. et Polyaen. 3, 6., Proverb. vatic. append. 4, 1., Plut. Alcib. 25. E Wass. et G—ro.

καὶ μετὰ — ἀξυμφόρου, vel cum incommodo suae civitatis. Portus.

ἐς χεῖρας ἰόντα: ἤγ. εἰς ὁμιλίαν κ. δεξίωσιν φιλικήν. S. „alias ἐς χεῖρας ἐλθεῖν significat manum, proelium, committere, quod h. l. non possit, vel propter additam ὁμοίως, vel ob rem ipsam, quod proelium nunquam conseruerant hi duo. δεξίωσιν tamen, opinor, φιλικὴν omitteret; quod haud dubie addidit ob χεῖρας, sed adversante re ipsa et causa, cum, si non amplius amice congrederentur, eo magis cogitaret eum ulcisci; sed nimirum occasio deerat non congredienti cum Alcibiade." E B—ro.

ἀνελθὼν pro vulgato ἀπελθὼν, secundum Ar., C., Cass., Aug., Bk

παρὰ Τισσαφέρνην, ἅμα λέγει τε αὐτοῖς τὰ ἐπισταλέντα ἐκ τῆς Σάμου, [καὶ γίγνεται αὐτοῖς μηνυτής,] προσέθηκέ τε, ὡς ἐλέγετο, ἐπὶ ἰδίοις κέρδεσι Τισσαφέρνει ἑαυτὸν καὶ περὶ τούτων, καὶ περὶ τῶν ἄλλων· διόπερ καὶ περὶ τῆς μισθοφορᾶς οὐκ ἐντελοῦς οὔσης μαλακωτέρως ἀνθήπτετο. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης εὐθὺς πέμπει κατὰ Φρυνίχου γράμματα ἐς τὴν Σάμον πρὸς τοὺς ἐν τέλει ὄντας, οἷα δέδρακε, καὶ ἀξιῶν αὐτὸν ἀποθνήσκειν.

Jam perturbatus Phrynichus, ut in summum discrimen adductus, iterum datis litteris ad Astyochum, primum de re non celata queritur, deinde vero se paratum significat tradere illis ad internecionem Atheniensium Sami exercitum, urbemque immunitam.

Θορυβούμενος δὲ ὁ Φρύνιχος, καὶ πάνυ ἐν τῷ μεγίστῳ κινδύνῳ ὢν διὰ τὸ μήνυμα, ἀποστέλλει αὖθις πρὸς τὸν Ἀστύοχον, τά τε πρότερα μεμφόμενος ὅτι οὐ καλῶς ἐκρύφθη, καὶ νῦν ὅτι ὅλον τὸ στράτευμα τὸ τῶν Ἀθηναίων ἕτοιμος εἴη τὸ ἐν τῇ Σάμῳ παρασχεῖν αὐτοῖς διαφθεῖραι, γράψας καθ' ἕκαστα, ἀτειχίστου οὔσης Σάμου, ᾧ ἂν τρόπῳ αὐτὰ πράξειε, καὶ ὅτι ἀνεπίφθονόν οἱ ἤδη εἴη, περὶ τῆς ψυχῆς δι' ἐκείνους κινδυνεύοντι, καὶ τοῦτο, καὶ ἄλλο πᾶν, δρᾶσαι μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ἐχθίστων αὐτὸν διαφθαρῆναι.

Astyochus autem id quoque indicat Alcibiadi, et Phrynichus, injuriae sibi conscius, praeveniensque litteras Alcibiadis, denuo se accusaturi, nuntiat exercitui, hostium instare adventum, cum immunita sit Samus, nec tota ibi classis in statione. quare quam citissime muniri urbem, ceteraque praesidiis firmari, jubet.

51. Ὁ δὲ Ἀστύοχος μηνύει καὶ ταῦτα τῷ Ἀλκιβιάδῃ· καὶ ὡς προήσθετο αὐτὸν ὁ Φρύνιχος ἀδικοῦντα, καὶ ὅσον οὐ παρ-

et alii, *quia*, inquit P., *in Asiam mediterraneam a littore profectus est*. contra Did. „Nous croyons qu' ἀνελθὼν est insolite pour cet usage; on dit ordinairement ἀναβαίνω, non ἀνέρχομαι. D'ailleurs, nous ne voyons aucun inconvenient à conserver la leçon vulgaire." Hoc quidem verum est; sed excusem tamen Thucydideae orationis saepe ἀσυνήθειαν. videntur ν et π litterae confusae, ut 6, 2., ubi probabiliter ἀνέστειλαν posuerunt pro ἀπέστειλαν, et apud Athenaeum 15., p. 676, b, ubi mendo contrario ἀνέθηκε scriptum est pro ἀπέθηκε. cf. Bachm. ad Lycophr. 1238., etc.

[καὶ — μηνυτής.] glossa.

προσέθηκέ τε, ὡς ἐλέγετο. τὸ ὡς ἐλ. κάνταῦθα πρόσκειται ἐνδεικτικὸν τοῦ περὶ ἀδήλων μὴ πάνυ διατίνεσθαι. τὸ δὲ προσέθ. (ἑαυτὸν) ἀντὶ τοῦ προσέθετο. S. Aug. „προστιθέναι ἑαυτὸν, sive προστίθεσθαι, est *accedere ad partes, favere alicui et voluntati ejus obsequi*, ut apud Herod. 2, 160. *Ex Arn.*

καὶ περὶ τῶν ἄλλων. ex Vat. et Valla recentiores editores addunt κοινοῦσθαι, quo non opus, nec dubito, quin hic quoque, ut alias, interpolatus sit liber Vat.

διόπερ — ἀνθήπτετο, *quamobrem etiam integro stipendio efflagitando mollius se gerebat*. Portus. malim *lenius, indulgentius*. — „ἀνθάπτεσθαι πράγματος solet significare *rem aggredi, capessere; ἀνθ. ἀνθρώπου*, (ut hic suppleas αὐτοῦ, Tissaphernis,) *aliquem impugnare, insectari verbis, objurgare*." E P.

51. καὶ ὡς προ. αὐτὸν etc.

οὖσαν ἀπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου περὶ τούτων ἐπιστολὴν, αὐτὸς προφθάσας τῷ στρατεύματι ἐξάγγελος γίγνεται, ὡς οἱ πολέμιοι μέλλουσιν, ἀτειχίστου οὔσης τῆς Σάμου, καὶ ἅμα τῶν νεῶν οὐ πασῶν ἔνδον ὁρμουσῶν, ἐπιθήσεσθαι τῷ στρατοπέδῳ, καὶ ταῦτα σαφῶς πεπυσμένος εἴη, καὶ χρῆναι τειχίζειν τε Σάμον ὡς τάχιστα, καὶ τἆλλα ἐν φυλακῇ ἔχειν· ἐστρατήγει δὲ, καὶ κύριος ἦν αὐτὸς πράσσων ταῦτα.

Igitur Samus celeriter munitur, nec brevi post litterae missae ab Alcibiade, suspecto viso, nocuerunt Phrynicho.

Καὶ οἱ μὲν τὸν τειχισμόν τε παρεσκευάζοντο, καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου, καὶ ὡς μέλλουσα, Σάμος θᾶσσον ἐτειχίσθη. αἱ δὲ παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐπιστολαὶ οὐ πολὺ ὕστερον ἦκον, ὅτι προδίδοταί τε τὸ στράτευμα ὑπὸ Φρυνίχου, καὶ οἱ πολέμιοι μέλλουσιν ἐπιθήσεσθαι· δόξας δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης οὐ πιστὸς εἶναι, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων προειδὼς τῷ Φρυνίχῳ, ὡς ξυνειδότι, κατ' ἔχθραν ἀνατιθέναι, οὐδὲν ἔβλαψεν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ξυνεμαρτύρησε μᾶλλον ταὐτὰ ἀπαγγείλας.

Alcibiades suadere pergit satrapae societatem Atheniensium, volenti quidem illi, praesertim ob Lichae dissensionem de foedere facto cum Persis a Therimene, sed majorem attica Peloponnesiorum classem metuenti.

52. Μετὰ δὲ τοῦτο Ἀλκιβιάδης μὲν Τισσαφέρνην παρεσκεύαζε [καὶ ἀνέπειθεν], ὅπως φίλος ἔσται τοῖς Ἀθηναίοις, δεδιότα μὲν τοὺς Πελοποννησίους, ὅτι πλείοσι ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων παρῆσαν, βουλόμενον δὲ ὅμως, εἰ δύναιτό πως, [πεισθῆ-

male ll. αὐτόν. — ἐξάγγελος γίγνεται. i. e. ἐξαγγέλλει, *de se nuntiat*, non aliunde acceptum. de ἐξαγγέλοις scenicis Schol. Eurip. ad Hippolytum 731. ἐξάγγελος ὁ τὰ πεπραγμένα ἔνδον τῆς σκηνῆς τῷ χορῷ ἀγγέλλων. cf. Ammon. p. 2. ed. Valck., et Hesych. h. v. Xenoph. Cyr. 8, 3, 2. πάρεστε οὖν — ἐπὶ τὰς θύρας, — καὶ καθίστασθε, ἕως (male ll. et vulgo editores καθ., ὡς) ἂν ὑμῖν Φερανίλας ὁ Πέρσης ἐξαγγείλῃ παρ' ἐμοῦ.

κύριος ἦν αὐτὸς πράσσων ταῦτα. ne cum Abreschio infinitivum πράσσειν desideres, aliud exemplum participii habes 5, 34. extremo. (ibi ὥστε μήτε ἄρχειν, μήτε πριαμένους τι, ἢ πωλοῦντας, κυρίους εἶναι. 4, 63. διὰ τὸ ἤδη φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους, pro παρεῖναι. cf. M. gr. §. 550, ann. 4.) *Hk.*

ἐκ τοῦ τοιούτου: διὰ τὸ τοιοῦτον. λέγει δὲ τὸ μήνυμα τὸ τοῦ Φρυνίχου. S. — καὶ ὡς μέλλουσα. recte K. p. 118. supplet τειχίζεσθαι. „converto *welches ohnedies befestigt werden sollte.*" *G—r.*

52. παρεσκεύαζε [καὶ ἀνέπειθεν], ὅπως etc. glossa manifesta, siquidem παρ., exquisite dictum, significat *instruebat consilio*, suadebat Tissapherni. Xenophon Anab. 6, 3, 17., notante Schneidero in lexico, v. παρασκευάζω, παρασκευασαμένους τὴν γνώμην. Cyrop. 2, 1, 23. τοὺς κράτιστα δόξαντας τὰς τάξεις παρεσκευάσθαι, ad quae Bornemann. indice p. 918. „(παρασκευάζειν,) movere, persuadere, nostrum jemand bearbeiten." Athen. 260, e, αὐτοὺς τοιαῦτα ἔχειν παρεσκευάζειν.

[πεισθῆναι.] sic pars librorum;

ναι] ἄλλως τε, καὶ ἐπειδὴ τὴν ἐν τῇ Κνίδῳ διαφοραν περὶ τῶν Θηριμένους σπονδῶν ἤσθετο τῶν Πελοποννησίων, (οὐδὲ γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐν τῇ Ῥόδῳ ὄντων αὐτῶν ἐγεγένητο,) ἐν ᾗ τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου λόγον, πρότερον εἰρημένον περὶ τοῦ ἐλευθεροῦν τοὺς Λακεδαιμονίους τὰς ἁπάσας πόλεις, ἐπηλήθευσεν ὁ Λίχας, οὐ φάσκων ἀνεκτὸν εἶναι ξυγκεῖσθαι, κρατεῖν βασιλέα τῶν πόλεων, ὧν ποτε καὶ πρότερον ἦ αὐτὸς, ἢ οἱ πατέρες ἦρχον. καὶ ὁ μὲν Ἀλκιβιάδης, ἅτε περὶ μεγάλων ἀγωνιζόμενος, προθύμως τὸν Τισσαφέρνην θεραπεύων προσέκειτο.

alii *πιστευθῆναι*, utrumque explicare studentibus viris doctis, cum non vident, etiam *πεισθῆναι* esse glossam, et suffectum ejus in locum *πιστευθῆναι* ab aliquo, cui inepte dictum videretur, neque injuria, *βουλόμενον πεισθῆναι*. S. *δεδιότα μὲν τοὺς Πελ.: φησὶν, ὅτι ἐδεδίει μὲν ὁ Τισσ. τὴν ἰσχὺν τῶν Λακεδαιμονίων, ἐβούλετο δὲ ὅμως πεισθῆναι, εἰ δύναιτο*, (!) *ὑπὸ Ἀλκιβιάδου, μεταθέσθαι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.* de quibus D., „Non intelligo," inquit, „quis sit sensus in illa interpretatione, Tissaphernem metuisse quidem potentiam Peloponnesiorum, sed tamen cupivisse, sibi ab Alcibiade persuaderi, ut, illis desertis, Ath. socios adsciscret. nam ex iis, quae deinde cap. 56. et 57. dicuntur, apparet, Tissaphernem, etsi ei suspectae erant vires Peloponnesiorum, tamen eos minime voluisse a se alienare, et cupivisse efficere, ut sibi fidem haberent, se eorum amicitiam societati Atheniensium praeferre. et repugnat expositioni Scholiastae particula *ὅμως*, quae indicat, eum non consultum rebus suis putasse a Peloponnesiorum societate recedere." sic ille, recte, opinor; sed judicium desideres in his, quae addidit, „Melior, ut mihi videtur, est sententia in scriptura plerorumque MSS., et omnium Edd. ante Stephanum, *πιστευθῆναι*, quam etiam interpretes latini secuti sunt. in qua suppleo (durissime quidem. Bothius.) *ὑπ' αὐτῶν*, nempe *τῶν Πελοποννησίων*, ut Plut. Apophthegm. p. 330. *πιστευθεὶς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων*, et Herodian. 2, 10. *πρὸς τῶν ἐκεῖ στρατιωτῶν, οὓς ἐψεύσατο, οὐκ ἔτι πιστεύεται.*" — imo et *πεισθῆναι*, et *πιστευθῆναι* immissum videtur ab iis, qui infinitivum requirerent ad *βουλόμενον*, in quo intelligendum ex superioribus *φίλον εἶναι τοῖς Ἀθηναίοις*.

τὴν — διαφοράν. de hac altercatione v. cap. 43. et 44.

ἤσθετο. Portus *sensit.* imo *audivit dici*, comperit.

οὐδὲ γὰρ — ἐγεγένητο. ll. *ἤδη γὰρ* etc., *η* et *ου*, itemque *δε* et *δη*, inter se permutatis, quae menda minime sunt insolita: v. de illo ann. ad 3, 62.; de hoc, si tanti est, indicem Aristophanis v. *δέ*. ipsum *οὐδὲ* idem fere est quod *οὔ*, de quo v. Herod. 6, 133., Xenophontem passim, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem; eoque opus est sententiae, ne ineptiat bonus Thucydides, idem et Cnidi et Rhodi evenisse dicens.

ἐπηλήθευσεν Stephanus, consentiente D., idem significare dicit quod *ξυνεμαρτύρησε* superiore capite. cf. 4, 85., ubi S. *ἐπαληθεύουσα: βεβαιοῦσα, κυροῦσα.*

τὸν Τισσ. θεραπεύων προσέκειτο, Tissapherni officiosus instabat. de verbo *προσκεῖσθαι* ea notione v. 7, 18., 78. ceterum alii libri habent *τὸν Τισσαφέρνην*, alii *τὸν Τισσαφέρνη*; vulgo edd. *τῷ Τισσαφέρνει*, per se non male; sed recte G—r. „Graeci, ubi participium cum verbo finito diversi regiminis conjungitur, eo casu utuntur, quem participium postulat. v. 2, 44; 3, 105.; K. ad Dionys. p. 119." igitur ille, Bk., P., Hk. Df., *τὸν Τισσαφέρνην.*

Legati Samo missi Athenis agunt de restituendo Alcibiade et statu reipublicae mutando, multis repugnantibus, quos singulos refellens Pisander tanta Peloponnesiorum, a rege Persarum et Tissapherne stipendio instructorum, potentia spem salutis Atheniensibus superesse dicit nullam, nisi regem concilient, qui ut fidem illis habeat, instituendam esse, certe pro tempore, oligarchiam, et reducendum Alcibiadem, qui solus conficere rem possit.

53. *Οἱ δὲ μετὰ τοῦ Πεισάνδρου πρέσβεις τῶν Ἀθηναίων ἀποσταλέντες ἐκ τῆς Σάμου, ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας, λόγους ἐποιοῦντο ἐν τῷ δήμῳ, κεφαλαιοῦντες ἐκ πολλῶν, μάλιστα δὲ, ὡς ἐξείη αὐτοῖς, Ἀλκιβιάδην καταγαγοῦσι, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον δημοκρατουμένοις, βασιλέα τε ξύμμαχον ἔχειν, καὶ Πελοποννησίων περιγενέσθαι. ἀντιλεγόντων δὲ πολλῶν καὶ ἄλλων περὶ τῆς δημοκρατίας, καὶ τῶν Ἀλκιβιάδου ἅμα ἐχθρῶν διαβοώντων, ὡς δεινὸν εἴη, εἰ τοὺς νόμους βιασάμενος κάτεισι, καὶ Εὐμολπιδῶν, καὶ Κηρύκων, περὶ τῶν μυστικῶν, δι' ἅπερ ἔφυγε, μαρτυρομένων καὶ ἐπιθειαζόντων, μὴ κατάγειν, ὁ Πείσανδρος παρελθὼν πρὸς πολλὴν ἀντιλογίαν καὶ σχετλιασμὸν ἠρώτα ἕνα ἕκαστον παράγων τῶν ἀντιλεγόντων, εἴ τινα ἐλπίδα ἔχει σωτηρίας τῇ πόλει Πελοποννησίων ναῦς τε*

53. κεφαλ. ἐκ πολλῶν: ἀντὶ τοῦ ἐκ πολλοῦ ἀποδεικνύντες. ἤγουν κεφαλαιωδῶς κ. ξυντετμημένως λέγοντες. S. Portus *in summam multa colligentes.* Did. „ils ne traitèrent plusieurs affaires qu'en substance, mais ils dirent surtout, qu'il dépendait des Athéniens," etc.

Εὐμολπιδῶν, καὶ Κηρύκων. harum gentium, ab Eumolpo et Ceryce oriundarum, jus sacerdotii eleusinii hereditarium erat: nam ἱεροφάντης, et ἱεροκήρυξ, et ceteri κήρυκες, ex his familiis eligebantur. *Hk.* Ejusmodi gentes familiaeque, quibus sacra quaedam publica (nam seorsum quaeque gens privata habebat sua), hereditate accepta, erant propria, plures commemorantur, velut Eteobutadae, Thaulonidae, Hesychidae, aliae, quas enumerat Hüllmann. Urgesch. des Staats p. 90. cf. Platner. Beitr. zum att. Recht p. 80., Ste. - Croix de Mysteriis p. 131. metaphr. Lenz., Tittmann. Gr. Staatsverf. p. 606., et Arn. ad h. l. *E G—ro.* „Athenienses, quaecunque ad religionem pertinerent, uni ex Archontibus, qui nomine regis insigniebatur, demandarunt. (Hesych. v. βασιλεύς, Pollux 8, 9., 90., Sainte-Croix l. c.) eo praeside sacerdotes e gente Eumolpidarum (Hesych. v. Εὐμολπίδαι. cf. Meiners. Verm. Schriften, 3., p. 230., 239.) et Cerycum judicium publicum constituebant ad cognoscendum de iis, qui de violatis religionibus reipublicae accusati erant, et condemnati senatus populique decreto severe puniebantur. notissima sunt Aeschyli (Clem. Alex. 2., p. 387. ed. Sylburg.), Andocidis (Lys. contra Andoc. p. 103., 108., Andoc. de Myst. p. 7.), Alcibiadis (Plut. Alcib., t. 2., p. 25., seqq.), Diagorae (Aristoph. Av. 986., Lys. c. Andoc. p. 101.), exempla." *E Wegscheideri libro* de mysteriis Graecorum, p. 50.

περὶ τῶν μυστικῶν. v. 6, 28., 60.

ἐπιθειαζόντων: ἤγ. θεάς τινας ἐπιβοωμένων. (v. 2, 75. etc.) — σχετλιασμόν: ἤγ. δεινοπάθειαν. S. Hk. „bei vielem Widerspruch und Unwillen."

εἴ τινα ἐ. Vat., Valla *ecquam*, „quod praeferendum videtur vulgato ἤντινα ob verba ὁπότε δὲ μὴ φαίησαν ἔρωτ., ex quibus non *quam spem*, sed *ecquam spem* haberent, Pisandrum interrogasse, probabile fit." P. vitiose aliquot libri ἦν τινα ἐ. ἔχῃ.

οὐκ ἐλάσσους σφῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ * ἀντιπρώρους ἐχόντων, καὶ πόλεις ξυμμαχίδας πλείους, βασιλέως τε αὐτοῖς καὶ Τισσαφέρνους χρήματα παρεχόντων, σφίσι τε οὐκέτι ὄντων, εἰ μή τις πείσει βασιλέα μεταστῆναι παρὰ σφᾶς. ὁπότε δὲ μὴ φαίησαν ἐρωτωμένοι, ἐνταῦθα δὴ σαφῶς ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅτι „τοῦτο τοίνυν οὐκ ἔστιν ἡμῖν γενέσθαι, εἰ μὴ πολιτεύσομέν τε σωφρονέστερον, καὶ ἐς ὀλίγους μᾶλλον τὰς ἀρχὰς ποιήσομεν, ἵνα πιστεύῃ ἡμῖν βασιλεύς, καὶ μὴ περὶ πολιτείας τὸ πλέον βουλεύσομεν ἐν τῷ παρόντι ἢ περὶ σωτηρίας, (ὕστερον γὰρ ἔξεσται ἡμῖν καὶ μεταθέσθαι, ἢν μή τι ἀρέσκῃ.) Ἀλκιβιάδην τε κατάξομεν, ὃς μόνος τῶν νῦν οἷός τε τοῦτο κατεργάσασθαι.“

Populus, primum indignatus consilio de instituenda oligarchia, deinde tamen persuadetur a Pisandro, decretoque facto eum cum 10 viris ad Tissaphernem et Alcibiadem proficisci jubet, ut ibi negotium quam possint optime conficiant; Phrynichum autem, quem proditionis Pisander accusaverat, ut eum amoliretur, quippe inimicum Alcibiadis, Ath. a praefectura navium amovent una cum collega Scironide, suffectis eorum in locum Diomedonte et Leone.

54. Ὁ δὲ δῆμος τὸ μὲν πρῶτον ἀκούων χαλεπῶς ἔφερε τὸ περὶ τῆς ὀλιγαρχίας, σαφῶς δὲ διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ Πεισάνδρου, μὴ εἶναι ἄλλην σωτηρίαν, δείσας, καὶ ἅμα * ἐλπίζων ὡς καὶ μεταβαλεῖται, ἐνέδωκε, καὶ ἐψηφίσαντο, πλεύσαντα

* ἀντιπρώρους. „Insulse satis vertit Portus *easque navibus ipsorum adversas*, quo quid frigidius tandem adderet Noster? ne *rostratas* quidem satis recte.“ B—r., hactenus bene; sed minime probanda sunt, quae addidit, haec „Verterim *pares*, idoneas proelio committendo, gute, tüchtige Kriegsschiffe, quae *opponere* se illis possent“ etc. hoc esset ἀντιπάλους. mendosum procul dubio est ἀντιπρώρους, cum requiratur epitheton navium, quod dicas perpetuum, nec tempori tantummodo pugnandi aptum: nam tropice, ut apud Euripidem El. 779. (ἀντίπρωρα βέλη), aliosque, intelligi non potest in ipsis navibus. quare ponendum arbitror ἀντιφρούρους, quod vocabulum extat apud Hesychium, ut significentur *naves alterae alteras observantes*, ut Ath. et Lac. se observabant invicem, praesidiaque praesidiis opponebant. forte ἀντίπρουρα scriptum, quemadmodum π et φ permutata nonnunquam invenias in libris (v. Iliad. χ, 11., Eurip. Iph. T. 975., Callias Cyclopibus apud Athen. 140, e, ubi codd. inepte φύλλα δείπνων pro φ. δαφνῶν, etc.), peperisse videtur istud ἀντιπρώρους.

σφίσι — ὄντων: χρημάτων δηλονότι.

εἰ μή τις πείσει. sic Palat. alii codd. εἰ — πείσῃ contra usum Thucydidis et priscorum Atticorum. v. ann. ad 6, 21.

καὶ — ποιήσομεν, *et potius paucis magistratus parabimus*, i. e. paucos ad eos admittemus, oligarchiam instituemus. ποιήσομεν pro τάξομεν, ut Xenophon Rep. Lac. 1, 2. πρῶτον μὲν σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος φύλου· ἔπειτα δὲ δρόμου κ. ἰσχύος, ὥσπερ τοῖς ἀνδράσιν, οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησε, Aristophanes Eccles. 594. ἀλλ' ἵνα ποιῶ κοινὸν πᾶσιν βίοτον, καὶ τοῦτον ὁμοίων, etc.

54. ἐλπίζων. Cass., Aug., Pal., It., Vat., Lugd., Mosqu., ἐπελπίζων, quo nunquam hoc sensu utitur Thucydides, etsi frequens est apud sequiores scriptores. v. D. et G—r.

τὸν Πείσανδρον καὶ δέκα ἄνδρας μετ' αὐτοῦ πράσσειν, ὅπη ἂν αὐτοῖς δοκοίη ἄριστα ἔξειν, τά τε πρὸς τὸν Τισσαφέρνην, καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην. ἅμα τε διαβαλόντος καὶ Φρύνιχον τοῦ Πεισάνδρου παρέλυσεν ὁ δῆμος τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸν ξυνάρχοντα Σκιρωνίδην, ἀντέπεμψαν δὲ στρατηγοὺς ἐπὶ τὰς ναῦς Διομέδοντα, καὶ Λέοντα. τὸν δὲ Φρύνιχον ὁ Πείσανδρος φάσκων Ἴασον προδοῦναι, καὶ Ἀμόργην, διέβαλεν, οὐ νομίζων ἐπιτήδειον εἶναι τοῖς πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην πρασσομένοις.

Itaque Pisander, postquam adiit sodalitia, quae adhuc Athenis erant, adhortatus ea, ut communi consilio democratiam tollant, ceterisque praeparatis, ne mora sit, cum 10 viris Chium navigat ad Tissaphernem.

Καὶ ὁ μὲν Πείσανδρος τάς τε ξυνωμοσίας, ἅπερ ἐτύγχανον πρότερον ἐν τῇ πόλει οὖσαι ἐπὶ δίκαις καὶ ἀρχαῖς, ἁπάσας ἐπελθὼν, καὶ παρακελευσάμενος, ὅπως ξυστραφέντες, καὶ κοινῇ βουλευσάμενοι, καταλύσουσι τὸν δῆμον, καὶ τἆλλα παρασκευάσας ἐπὶ τοῖς παροῦσιν, ὥστε μηκέτι διαμέλλεσθαι, αὐτὸς μετὰ τῶν δέκα ἀνδρῶν τὸν πλοῦν ὡς τὸν Τισσαφέρνην ποιεῖται.

Leon et Diomedon, Rhodum profecti, Peloponnesiorum naves subductas capiunt, et Rhodios opitulantes proelio vincunt; deinde Chalcen abeunt, tutius inde observaturi, si quando Peloponnesiorum classis solveret.

55. Ὁ δὲ Λέων καὶ ὁ Διομέδων ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι, ἀφιγμένοι ἤδη ἐπὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς, ἐπίκλουν τῇ Ῥόδῳ ἐποιήσαντο, καὶ τὰς μὲν ναῦς καταλαμβάνουσιν ἀνειλκυσμένας τῶν Πελοποννησίων, ἐς δὲ τὴν γῆν ἀπόβασίν τινα ποιησάμενοι, καὶ τοὺς προσβοηθήσαντας Ῥοδίων νικήσαντες μάχῃ, ἀπεχώρησαν ἐς τὴν Χάλκην, καὶ τὸν πόλεμον ἐντεῦθεν μᾶλλον ἢ ἐκ τῆς Κῶ ἐποιοῦντο· εὐφυλακτότερα γὰρ αὐτοῖς ἐγίγνετο, εἴ ποι ἀπαίροι τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικόν.

Hk. Alienum sane ἐπελπίζων, sed aptum ἔτι ἐλπίζων, relato ἔτι, *postea*, ad μεταβαλεῖται. de ἔτι et ἐπὶ non ita raro permixtis in codicibus dixi ad Iliad. ϙ', 41.

Ἴασον προδοῦναι. v. 8, 28 ξυνωμοσίας — ἐπὶ δίκαις καὶ ἀρχαῖς. Erant Athenis, ut in aliis civitatibus liberis, sodalitates quaedam civium, qui mutuam inter se operam dabant consequendis magistratibus, et in judiciis sibi invicem aderant. v. Herod. 5, 104., Plut. Alcib. c. 13., Nic. c. 11., ubi στάσεις hoc sensu dicuntur, idem Plutarcho, velut Pericle, c. 14., ἑταιρεία, quod vocabulum etiam Plato de Republ. 2., p. 365, D. adjungens dicit ἐπὶ γὰρ τὸ λανθάνειν ξυνωμοσίας τε καὶ ἑταιρείας συνάξεμεν, et Apol. Socr. p. 36, B. τῶν ξυνωμοσιῶν καὶ στάσεων τῶν ἐν τῇ πόλει γιγνομένων. apud Thucydidem sodalitates istas attingunt hi loci 3, 82. (τὸ ἑταιρικὸν), 6, 27. extr., 6, 60. cf. P. 1, 2., p. 31., Böckh. Oecon. polit. att. tom. 2., p. 264. *Ex Hk.*

ξυστραφέντες, *conjuncti*. cf. 6, 77., etc.

ἐπὶ τοῖς παροῦσιν: κατὰ τῆς παρούσης δημοκρατίας. S.

55. εὐφυλακτότερα etc. Chalce igitur propior a Rhode erat statio quam Cos insula, ut narrat capite 44. *E G—re.*

Paedaritus Chiis opem ferre jubet Lacedaemonios, illisque id statutum cum animo habentibus interea impatiens ipse cum auxiliaribus suis et Chiis Ath. adoritur, partemque munitionis eorum et naves aliquot subductas capit; sed mox ab Atheniensibus succurrentibus vincitur, peritque cum Chiis plurimis.

Ἦλθε δ' ἐς τὴν Ῥόδον καὶ Ξενοφαντίδας Λάκων παρὰ Παιδαρίτου ἐκ Χίου, λέγων, ὅτι τὸ τεῖχος τῶν Ἀθηναίων ἤδη ἐπιτετέλεσται, καὶ, εἰ μὴ βοηθήσουσι πάσαις ταῖς ναυσὶν, ἀπολεῖται τὰ ἐν Χίῳ πράγματα· οἱ δὲ διενοοῦντο βοηθήσειν. ἐν τούτῳ δὲ ὁ Παιδάριτος αὐτός τε, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ἐπικουρικὸν ἔχων, καὶ τοὺς Χίους, πανστρατιᾷ προσβαλὼν τῶν Ἀθηναίων τῷ περὶ τὰς ναῦς ἐρύματι, αἱρεῖ τέ τι αὐτοῦ, καὶ νεῶν τινῶν ἀνειλκυσμένων ἐκράτησεν· ἐπεκβοηθησάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων, καὶ τρεψαμένων τοὺς Χίους πρώτους, νικῶσι καὶ τὸ ἄλλο τὸ περὶ τὸν Παιδάριτον, καὶ αὐτὸς ἀποθνήσκει, καὶ τῶν Χίων πολλοὶ, καὶ ὅπλα ἐλήφθη πολλά.

Jam Chii terra marique artius obsessi fame cruciantur; Pisander autem et legati Atheniensium, ad insulam appulsi, de facienda pactione agunt cum Tissapherne, qui, Peloponnesios metuens, et utramque gentem atteriturus, adhuc dubitat, quid faciat. quod ubi animadvertit Alcibiades, quominus efficiatur negotium, cujus eum taedebat, nomine satrapae Ath., multa concedentes, tandem adeo immodica poscit, ut irati Samum revertantur.

56. Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Χῖοι ἔκ τε γῆς καὶ θαλάσσης ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον ἐπολιορκοῦντο, καὶ ὁ λιμὸς αὐτόθι ἦν μέγας· οἱ δὲ περὶ τὸν Πείσανδρον Ἀθηναίων πρέσβεις, ἀφικόμενοι ὡς τὸν Τισσαφέρνην, λόγους ποιοῦνται περὶ τῆς ὁμολογίας. Ἀλκιβιάδης δὲ (οὐ γὰρ αὐτῷ πάνυ τὰ ἀπὸ Τισσαφέρνους βέβαια ἦν, φοβουμένου τοὺς Πελοποννησίους μᾶλλον, καὶ ἔτι βουλομένου, καθάπερ καὶ ὑπ' ἐκείνου ἐδιδάσκετο, τρίβειν ἀμφοτέρους,) τρέπεται ἐπὶ τοιόνδε εἶδος, ὥστε τὸν Τισσαφέρνην, ὡς μέγιστα αἰτοῦντα παρὰ τῶν Ἀθηναίων, μὴ ξυμβῆναι. δοκεῖ δέ μοι καὶ ὁ Τισσαφέρνης τὸ αὐτὸ βουληθῆναι, αὐτὸς μὲν διὰ τὸ δέος, ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης, ἐπειδὴ ἑώρα ἐκεῖνον καὶ ὡς οὐ ξυμβασείοντα, δοκεῖν τοῖς Ἀθηναίοις ἐβούλετο μὴ ἀδύνατος εἶναι πεῖσαι, ἀλλ' ὡς πεπεισμένῳ Τισσαφέρνει καὶ βουλομένῳ προσχωρῆσαι τοὺς Ἀθηναίους μὴ ἱκανὰ διδόναι. ἤτει γὰρ τοσαῦτα ὑπερβάλλων ὁ Ἀλκιβιάδης, λέγων αὐτὸς ὑπὲρ παρόντος Τισσαφέρνους, ὥστε τὸ τῶν Ἀθηναίων, καίπερ ἐπὶ

56. μᾶλλον. intell. μ. ἢ τοὺς Ἀθηναίους.

εἶδος: τύπον, μηχανήν. (Did. „Alcib. recourut à l'expédient suivant." germanice id dicas *er kam auf diese Idee.*) — ξυμβασείοντα: ἐφιέμενον ξυμβῆναι. — μὴ ἱκανά: τῇ αἰτήσει δηλ. S.

τὸ τῶν Ἀθηναίων. τὸ, quod vulgo abest, sed abesse nequit sine damno sententiae, e Vat. receptum est. S. ὥστε τοὺς Ἀθηναίους αἰτίους γενέσθαι τοῦ μὴ συμβῆναι, καίπερ διδόντας τὰ αἰτούμενα. — paulo ante ad verba τοὺς Ἀθηναίους — διδόναι repete δοκεῖν ἐβούλετο. Ex Hk.

πολὺ ὅ τι αἰτοίη ξυγχωρούντων, ὅμως αἴτιον γενέσθαι, Ἰωνίαν τε γὰρ πᾶσαν * ἠξίουν δίδοσθαι, καὶ αὐθις νήσους τε τὰς ἐπικειμένας, καὶ ἄλλα· οἷς οὐκ ἐναντιουμένων τῶν Ἀθηναίων τέλος ἐν τῇ τρίτῃ ἤδη ξυνόδῳ, δείσας, μὴ πάνυ φορα-θῇ ἀδύνατος ὢν, ναῦς ἠξίου ἐᾶν βασιλέα ποιεῖσθαι, καὶ παραπλεῖν τὴν ἑαυτοῦ γῆν, ὅπη ἂν, καὶ ὅσαις ἂν βούληται. ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι, ἀλλ' ἄπορα νομίσαντες οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐξηπατῆσθαι, δι' ὀργῆς ἀπελθόντες κομίζονται ἐς τὴν Σάμον.

Deinde Tiss. Peloponnesios Miletum reducere statuit stipendio praebito, ne ejus inopia laborantes vel vincantur ab Atheniensibus, navale proelium exterquentibus, vel, audata eorum classe, illis quidvis facere liceat, vel etiam, id quod maxime metuebat, victus quaerendi causa continentem ipsi devastent. igitur haec omnia reputans, et Graecos exaequare inter se studens, et stipendium dedit Peloponnesiis, et tertium cum iis foedus fecit hujusmodi.

57. Τισσαφέρνης δὲ εὐθὺς μετὰ ταῦτα, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι, παρέρχεται ἐς τὴν Καῦνον, βουλόμενος τοὺς Πελοποννησίους πάλιν τε κομίσαι ἐς τὴν Μίλητον, καὶ ξυνθήκας ἅτι ἄλλας ποιησάμενος, ἃς ἂν δύνηται, τροφήν τε παρέχειν,

* ἠξίουν. codd. Bas., Mosqu., Cl., Ven., ἠξίον. putide, illud tuens, Portus, auctore S., „scilicet ὁ Τισσαφέρνης καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης," quasi dubitare quisquam posset, quinam dicerentur. rectius haud dubie ista exemplaria ἠξίου, quia solus hic agit Alcib., λέγων αὐτὸς ὑπὲρ παρόντος Τισσαφέρνους: verum eo quoque careri potest, et immissum videtur ab aliquo, quem fugeret, huc pertinere ἤτει ex superioribus eodem tenore orationis, usurpatoque asyndeto epexegetico: neque enim τῷ τὲ in verbis Ἰωνίαν τε novus ordo verborum jungitur antecedenti, sed respondet τὸ τὲ particulae καὶ, quae sequitur. quare expungendum arbitror ἠξίου, idque eo magis, quod habetur in iis, quae proxime sequuntur.

τὰς ἐπικειμένας: δηλ. τῇ Ἰωνίᾳ. S.

Infinitivos ποιεῖσθαι et παραπλεῖν cum Krüg. p. 369. accipe pro ποιησάμενον παραπλεῖν. Hk. Cave pareas viris optimis: nam istud ποιησάμενον Thuc. subaudiendum reliquisset lectoribus; sed hoc vult, Alcibiadem postulasse, ut liceret Persarum regi non modo circumnavigare oram Atticae, sed etiam, quae erat ejus impudentia, ibi naves fabricari; brevitatis autem studiosus non bis significavit locum, sed post ποιεῖσθαι omisit verba ἐν τῇ ἑαυτοῦ γῇ. — „Alcibiades augmente encore ses demandes, en proposant aux Ath., „que le roi fût libre de parcourir tout le littoral de leur empire,"" etc. Did. et in nota „Cette demande a beaucoup de rapport avec celle que firent les Russes à la Porte pour le passage libre de leur vaisseaux de guerre par le Bosphore et les Dardanelles."

τὴν ἑαυτοῦ γῆν. sic plerique libri, mirorque, viros doctissimos diu tulisse vulgatum ἑαυτῶν: opertuit enim dictum αὐτῶν, id si voluisset Thuc., sed maluit efficacius ἑαυτοῦ, „ipsius Alcibiadis patriam," a qua petius arcere debebat barbaros.

οὐκέτι: ἀπὸ κοινοῦ τὸ ξυγχωρούντων ἀκουστέον. S. „Poppo, d'après plusieurs MSS., a inséré entre crochets (Hk. posteriore ed. etiam sine uncis. Beth.) dans son texte [τι]. Nous ne voyons pas le motif qui a pu le déterminer à admettre τὶ: car indépendamment de la cacophonie, qui en résulte, on ne sait à quoi le faire rapporter. Il

καὶ μὴ παντάπασιν ἐκπεπολεμῶσθαι, δεδιὼς μὴ, ἢν ἀποροῦσι πολλαῖς ναυσὶ τῆς τροφῆς, ἢ τοῖς Ἀθηναίοις ἀναγκασθέντες ναυμαχεῖν ἡσσηθῶσιν, ἢ, κενωθεισῶν τῶν νεῶν, ἄνευ ἑαυτοῦ γένηται τοῖς Ἀθηναίοις, ἃ βούλονται· ἔτι δὲ ἐφοβεῖτο μάλιστα μὴ τῆς τροφῆς ζητήσει πορθήσωσι τὴν ἤπειρον. πάντων [οὖν] τούτων λογισμῷ, καὶ προνοίᾳ, ὥσπερ ἐβούλετο ἐπανισοῦν τοὺς Ἕλληνας πρὸς ἀλλήλους, μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς Πελοποννησίους, τροφήν τε αὐτοῖς δίδωσι, καὶ σπονδὰς τρίτας τάσδε σπένδεται.

Verba foederis.

58. „ΤΡΙΤΩι καὶ δεκάτῳ ἔτει Δαρείου βασιλεύοντος, ἐφορεύοντος δὲ Ἀλεξιππίδα ἐν Λακεδαίμονι, ξυνθῆκαι ἐγένοντο ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ Λακεδαιμονίων, καὶ τῶν ξυμμάχων, πρὸς Τισσαφέρνην, καὶ Ἱεραμένην, καὶ τοὺς Φαρνάκου παῖδας, περὶ τῶν

est à présumer que τι est une répétition causée par inadvertance de la finale οὐκέτι.“ *Did.*

57. ἐκπεπολεμῶσθαι, sic Vat., Bk., G—r., Did.

„ἐκπολεμῶσαι hoc sensu apud Nostrum passim et Demosthenem in Philipp., et per η aliquando, scribi narrat Harpocration. priore forma extat apud Halicarn. Dionysium; atque sic Hesychius. adi Pollucem 1, 154. Plutarchus in Pericle: ἐκπεπολεμωμένοι πρὸς αὐτούς, *facti ipsis hostes.* (german. *ihnen verfeindet.* Both.)“ *Wass.* Utrumque Thucydideum. — Harpocration ἐκπολεμῶσαι: ἀντὶ τοῦ εἰς πόλεμον καταστῆσαι, — ὡς καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ πολλάκις· ἐν μέντοι τοῖς Ἀττικοῖς διὰ τοῦ η γράφεται, ὡς καὶ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν ἕκτῃ Ἑλληνικῶν (imo Hellen. 5, 4, 20.). differentiam statuit Ammonius p. 47.: ἐκπολεμῶσαι κ. ἐκπολεμῆσαι διαφέρει· ἐκπολεμῶσαι μὲν γάρ ἐστι τὸ εἰς πόλεμον ἐμβαλεῖν, ἐκπολεμῆσαι δὲ τὸ πόλιν ἑξελεῖν, ubi v. Valck. p. 72. (quo magis probes ἐκπεπολεμῶσθαι. *Both.*) *E G—ro.* S. καὶ — ἐκπεπολεμῆσθαι: (sic, verum id nolim urgeri, cum η et ω litteras permisceri nonnunquam sciamus in codicibus, qua de re diximus ad Odyss. ω, 379., Iliad. χ, 33. in Addendis, Hom. Odyss. vol. 3., p. 395. nostrae ed., Soph. Rhizotom. fragm. 2., et saepius.) ἦγουν εἰς τελείαν ἔχθραν ἐλθεῖν τοῖς Πελοποννησίοις.

dativus πολλαῖς ναυσὶ pendet a τροφῆς, ut 1, 5.; 3, 98.; 4, 6. *G—r.*

κενωθεισῶν τῶν νεῶν: ἀπολιπόντων αὐτὰς τῶν στρατιωτῶν διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν μισθόν. S.

[οὖν] videtur natum ex — ων vicino: neque enim bis id ponere in eadem sententia memini hunc nostrum, neque satis explorata pute exempla ejus rei a K. ad Dionys. p. 5.

ὥσπερ. Portus *quemadmodum.* quem refellens B—r. „ὥσπερ,“ inquit, „hic est *quoniam.*“ vellem dixisset, ubi alias. fortasse significat *utut*, quomodocunque, quovis pretio, ut Aristoph. Pac. 24. etc. quanquam non displicet Porti interpretatio, quam secutus etiam Did. „d' après le plan qu'il avait formé de contre-balancer les forces réciproques des Hellènes“ —.

ἐπανισοῦν semel dixit, si bene memini, Thuc., neque apud alios reperi hoc verbum, in quo ἐπὶ videtur esse αὐξητικὸν, ut in homerico ἐπεμήνιε Iliad. ν, 460. est igitur *magis magisque*, sive *magis quam antea*, *exaequare*, velut aequilibrio Graeciae, quominus formidanda sit Persis.

58. ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ. v. 3, 19.

τοὺς Φαρνάκου παῖδας. Pharnabazum et fratres ejus, filios Pharnacis 2., non posteros Pharnacis 1., qui est error Krügeri ad Dionys. p. 353., non reputantis,

βασιλέως πραγμάτων καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ τῶν ξυμμάχων. χώραν τὴν βασιλέως, ὅσῃ τῆς Ἀσίας ἐστὶ, βασιλέως εἶναι, καὶ περὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτοῦ βουλευέτω βασιλεὺς, ὅπως βούλεται. Λακεδαιμονίους δὲ, καὶ τοὺς ξυμμάχους, μὴ ἰέναι ἐπὶ χώραν τὴν βασιλέως ἐπὶ κακῷ μηδενὶ, μηδὲ βασιλέα ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων, μηδὲ τῶν ξυμμάχων, ἐπὶ κακῷ μηδενί. ἢν δέ τις Λακεδαιμονίων, ἢ τῶν ξυμμάχων, ἐπὶ κακῷ ἴῃ ἐπὶ τὴν βασιλέως χώραν, τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ τοὺς ξυμμάχους, κωλύειν· καὶ ἤν τις ἐκ τῆς βασιλέως ἴῃ ἐπὶ κακῷ ἐπὶ Λακεδαιμονίους, ἢ τοὺς ξυμμάχους, βασιλεὺς κωλυέτω. τροφὴν δὲ ταῖς ναυσὶ ταῖς νῦν παρούσαις Τισσαφέρνην παρέχειν κατὰ τὰ ξυγκείμενα, μέχρι ἂν αἱ νῆες αἱ βασιλέως ἔλθωσι· Λακεδαιμονίους δὲ, καὶ τοὺς ξυμμάχους, ἐπὴν αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, τὰς ἑαυτῶν ναῦς ἢν βούλωνται τρέφειν, ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι· ἢν δὲ παρὰ Τισσαφέρνους λαμβάνειν ἐθέλωσι τὴν τροφὴν, Τισσαφέρνην παρέχειν, Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους τελευτῶντος τοῦ πολέμου τὰ χρήματα Τισσαφέρνει ἀποδοῦναι, ὁπόσα ἂν λάβωσιν. ἐπὴν δὲ αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, αἵ τε Λακεδαιμονίων νῆες καὶ αἱ τῶν ξυμμάχων, καὶ αἱ βασιλέως, κοινῇ τὸν πόλεμον πολεμούντων, καθ' ὅ τι ἂν Τισσαφέρνει δοκῇ, καὶ Λακεδαιμονίοις, καὶ τοῖς ξυμμάχοις· ἢν δὲ καταλύειν βούλωνται πρὸς Ἀθηναίους, ἐν ὁμοίῳ καταλύεσθαι."

Tiss. phoenicias naves adducere, ceterisque in foedere promissis stare, se velle significat.

59. Αἱ μὲν σπονδαὶ αὗται ἐγένοντο, καὶ μετὰ ταῦτα παρ-

quibuscum foedus initum est, eos in vivis esse debuisse. alia quaestio est, num Pharnabazi fratres satrapiae administrandae socii fuerint. *Hieramenem* Arn. putat eundem fuisse, quem Darii sororem in matrimonium duxisse dicit Xenophon Hellen. 2, 1, 9., ejusque nomen insertum esse foederi, ut affinis regi, fortasse munere aliquo functi in Asia minore. *K G—ro.*

εἶναι, — ἰέναι, — κωλύειν, etc. infinitivi sensu imperativorum. v. 5, 18.

ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι. i. e. *in sua potestate*, vel *sui juris*, *esto*, et subjectum est Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμ. v. Blume Script. schol., Strals. p. 24. *Hk.*

ὁπόσα ἂν λάβωσιν. scil. inde a tempore, quo classis phoenicia advenerit, ut Dobr. annotavit. *G—r.*

καταλύειν sine casu nominis est etiam 5, 17. et 23. D.

πρὸς Ἀθηναίους, ut, notante Did., c. 18. καὶ κατάλυσιν τοῦ πολέμου πρὸς Ἀθηναίους, et 5, 47. καταλύειν δὲ μὴ ἐξεῖναι τὸν πόλεμον πρὸς ταύτην τὴν πόλιν μηδεμιᾷ τῶν πόλεων. S. πρὸς Ἀθηναίους: γράφεται τοῖς Ἀθηναίοις. ἐὰν ἐθέλωσι, φησὶ, πρὸς Ἀθηναίους διαλλάττεσθαι, ἀμφότεροι διαλλαττέσθωσαν. Ar., C., Dan. πρὸς Ἀθηναίους, ut vulgo. Aug., Cass., margo Steph., et S., τοῖς Ἀθηναίοις, quae dittographia placuit Bekkero, Göllero, Popponi, Dindorfio; sed videtur prima manus scriptoris, deinde ab ipso emendata. dixerat Λακεδαιμονίοις, τοῖς ξυμμάχοις: nunc, variata oratione, dixit, opinor, πρὸς Ἀθηναίους.

ἐν ὁμοίῳ, ὁμοίως. v. Viger. 9, 3, 7.

ἐσκευάζετο Τισσαφέρνης τάς τε φοινίσσας ναῦς ἄξων, ὥσπερ εἴρητο, καὶ τἆλλα, ὅσαπερ ὑπέσχετο, καὶ ἐβούλετο παρασκευαζόμενος γοῦν δῆλος εἶναι.

Boeotii Oropum capiunt per proditionem; quo facto Eretrienses, defectionem ab Atheniensibus parantes, Rhodum navigant, et Peloponnesios in Euboeam invitant ad opem ferendam; sed illi potius tota classe Chiis subveniunt, occurrentibus tamen Atheniensium navibus Chium pervenire nequeunt, ipsique Miletum, Ath. vero Samum, revertuntur.

60. Βοιωτοὶ δὲ, τελευτῶντος ἤδη τοῦ χειμῶνος, Ὠρωπὸν εἷλον προδοσίᾳ, Ἀθηναίων ἐμφρουρούντων. ξυνέπραξαν δὲ Ἐρετριέων τε ἄνδρες, καὶ αὐτῶν Ὠρωπίων, ἐπιβουλεύοντες ἀπόστασιν τῆς Εὐβοίας· ἐπὶ γὰρ τῇ Ἐρετρίᾳ τὸ χωρίον ὂν ἀδύνατα ἦν, Ἀθηναίων ἐχόντων, μὴ οὐ μεγάλα βλάπτειν καὶ Ἐρέτριαν, καὶ τὴν ἄλλην Εὔβοιαν. ἔχοντες οὖν ἤδη τὸν Ὠρωπὸν ἀφικνοῦνται ἐς Ῥόδον οἱ Ἐρετριῆς, ἐπικαλούμενοι ἐς τὴν Εὔβοιαν τοὺς Πελοποννησίους. οἱ δὲ πρὸς τὴν τῆς Χίου κακουμένης βοήθειαν μᾶλλον ὥρμηντο, καὶ ἅραντες πάσαις ταῖς ναυσὶν ἐκ τῆς Ῥόδου ἔπλεον. καὶ γενόμενοι περὶ τὸ Τριόπιον καθορῶσι τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς πελαγίας ἀπὸ τῆς Χάλκης πλεούσας· καὶ ὡς ἀὐθέτεροι ἀλλήλοις ἐπέπλεον, ἀφικνοῦνται οἱ μὲν ἐς τὴν Σάμον, οἱ δὲ ἐς τὴν Μίλητον, * καὶ ἑώρων, οὐκέτι ἄνευ ναυμαχίας οἷόν τε εἶναι ἐς τὴν Χίον βοηθῆσαι. καὶ

59. ἄξων pro ἄξειν. v. M. gr. §. 549., 550.

ὥσπερ εἴρητο: ἐν ταῖς σπονδαῖς δηλ. S.

τάς τε φοιν. ναῦς — καὶ ἐβούλετο —. libere Thuc. transponere solet τὲ et καὶ particulas: velut hic proprie dicendum fuit παρεσκευάζετό τε τὰς ναῦς, et καὶ καὶ (etiam) τἆλλα, ὅσ. ὑπ., ἐβούλετο etc. καὶ καὶ quidem ne diceret, etiam cacophonia deterrebatur. cf. ann. ad 6, 60.

60. Ὠρωπόν. v. 2, 23. Bähr. ad Herod. 6, 100. „Oropus e regione sita erat Eretriae, 40 vel 60 stadiorum intervallo inde remota, quod oppidum (munitum cum portu), prius Boeotiae accensum, ab Atheniensibus postea occupatum est, qui inde in Boeotiae agros excurrere solebant. hinc saepius pugnatum de hoc loco. v. Mannert. 8., p. 241., et inprimis Kruse Hellas 2, 1., p. 282. nunc ibi vicus pauper *Ropo*, sive *Oropo*." Paus. 1, 34, 1. Τὴν δὲ γῆν τὴν Ὠρωπίαν, μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ Ταναγρικῆς, βοιωτίαν τὸ ἐξ ἀρχῆς οὖσαν, ἔχουσιν ἐφ' ἡμῶν Ἀθηναῖοι, πολεμήσαντες μὲν (cum Boeotiis) τὸν πάντα ὑπὲρ αὐτῆς χρόνον, κτησάμενοι δὲ οὐ πρότερον βεβαίως πρὶν ἢ Φίλιππος Θήβας ἑλὼν ἔδωκέ σφισιν. ἡ μὲν οὖν πόλις ἐστὶν ἐπὶ θαλάσσης, μέγα οὐδὲν ἐς συγγραφὴν παρεχομένη, ἀπέχει δὲ δώδεκα τῆς πόλεως σταδίους μάλιστα ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου. — cf. Xenoph. Hellen. 7, 4., Diodor. 14, 77.

ἐπιβουλεύοντες ἀπ. τῆς Εὐβ.: λαθραίως ποιοῦντες τὸ ἀποστῆναι τὴν Εὔβοιαν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων. — ἐπὶ γὰρ — ὄν: ἀντὶ τοῦ ἐπικείμενον γὰρ τῇ Ἐρετρίᾳ. (Herm. ad Viger. p. 799. haec ita reddidit *nam cum Eretriae illud oppidum immineat, fieri non poterat, quin, si in Atheniensium potestate esset, multum posset et Eretriae, et reliquae Euboeae, nocere.*)

ἐπικαλούμενοι: ἤγ. ἐπὶ βοήθειαν καλοῦντες. S.

τὸ Τριόπιον. v. cap. 35. hujus libri.

* καὶ ἑώρων. dixit, ni fallor, Thuc. ὡς ἑ., *quia videbant* Peloponnesii.

ὁ χειμὼν ἐτελεύτα οὗτος, καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

Insequente aestate Dercylidas Spartanus in Hellespontum mittitur cum exercitu, Abydum ab Atheniensibus alienatum.

61. *Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ, Δερκυλίδας τε ἀνὴρ Σπαρτιάτης, στρατιὰν ἔχων οὐ πολλὴν, παρεπέμφθη πεζῇ ἐφ' Ἑλλήσποντον, Ἄβυδον ἀποστήσων (εἰσὶ δὲ Μιλησίων ἄποικοι)·*

Chii, cessante Astyochi auxilio, obsidione afflicti ad navale proelium coguntur, succurrente cum 12 navibus Leonte Spartano, duce creato post mortem Paedariti.

καὶ οἱ Χῖοι, ἐν ὅσῳ αὐτοῖς ὁ Ἀστύοχος ἠπόρει ὅπως βοηθήσοι, ναυμαχῆσαι πιεζόμενοι τῇ πολιορκίᾳ ἠναγκάσθησαν. ἔτυχον δὲ, ἔτι ἐν Ῥόδῳ ὄντος Ἀστυόχου, ἐκ τῆς Μιλήτου Λέοντά τε, ἄνδρα Σπαρτιάτην, ὃς Ἀντισθένει ἐπιβάτης ξυνεξῆλθε, τοῦτον κεκομισμένοι μετὰ τὸν Παιδαρίτου θάνατον ἄρχοντα, καὶ ναῦς δώδεκα, αἳ ἔτυχον φύλακες Μιλήτου οὖσαι, ὧν ἦσαν θούριαι πέντε, καὶ συρακούσιαι τέσσαρες, καὶ μία ἀναιτις, καὶ μία μιλησία, καὶ Λέοντος μία.

61. *Ἄβυδον.* Condita urbs secundum Thuc., Steph., Athenaeum, a Milesiis, juxta Strabonem a Cyzicenis, ab Aeolibus juxta Marcianum Heracleotam. gentile *Ἀβυδηνὸς* Aristot. Oeconom. 251. et Hermippus in Militibus. (Ovidius Her. epist. 19, 100.

Impar abydeno Thressa puella toro.

B—r.) fortunam ejus variam petas a Polybio 16., Livio 31, 17., Archilocho et Callino apud Athenaeum p. 524., Appiano p. 99., 101., Xenophonte p. 535., Polyaeno 2, 24. quomodo eam oppugnaverit Phocas (occisus a. 610. post Chr. nat.), narrat inter alios Cedrenus p. 699. *Wass.* „*Abydus*, ad Hellespontum sita, urbs antiquissima, a Milesiis condita, a Turcis vastata, quos arcem *Sultanie Kalessi* exstruxisse ferunt, unum milliare remotam meridiem versus ad ostia rivi cujusdam, quem Homeri (Iliad. *μ'*, 20.) Rhodium esse volunt, nunc vicum *Nogara*, vel *Avido*, veteris Abydi loco aedificatum esse dicunt. cf. Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. 6, 3., p. 512., Kruse Hellas I. 1., p. 72., 73. Tzschucke in notis exeget. ad Melam 1, 19., vol. 3., p. 1., pag. 548." *E Bährii* ann. ad Herod. 5, 117. et *Crusii* Mythol. Wörterb. pag. 3. cf. Homeri interpp. ad Il. *β'*, 836.

ἐν ὅσῳ, dum. v. Hoogev. ad Viger. p. 607. ed. 3. Lips.

Λέοντα. hic Krügero p. 300. videtur idem esse, quem Paedariti patrem Thuc. dixit cap. 28.

Ἀντισθένει. de hoc vide c. 39. pars codicum pro *Ἀντισθένει* habet *ἀντὶ στρατηγοῦ*, quae, glossatoris procul dubio, verba inter versus leguntur in Regio (G.). Casa. *Ἀντισθένει*, sed inter versus *γρ. ἀντὶ στρατηγοῦ*. „*Ἀντ.* retinendum esse, suadet Xenophon Hist. gr. p. 487. (3, 2, 6.)" *Wass.*

ἐπιβάτης: οὐ τριήραρχος, οὐδ' ἄλλην ἀρχὴν ἔχων. S. Ammonius *ἀναβάτης καὶ ἐπιβάτης διαφέρει· ἀναβ. μὲν γὰρ ἐπὶ ἵππου, ἐπιβ. δὲ ἐπὶ νηός.* „Didote *ἐπιβάτης ὢν Μινδάρου* apud Xenophontem l. c. nihil aliud esse videtur, nisi *ὃς ξυνέπλει Μινδάρῳ*, ut cap. 39. *Κλέαρχον, — ὃς ξυνέπλει. — τοῦτον* post *ξυνεξῆλθε* addunt multi bonique libri. cf. M. gr. §. 472." *E G—ro.*

Igitur totus Chiorum populus eruptionem facit, occupatque locum quendam munitum, et simul deductis classibus strenue pugnatur, sed aequo Marte.

Ἐπεξελθόντων δὲ τῶν Χίων πανδημεὶ, καὶ καταλαβόντων τι ἐρυμνὸν χωρίον, καὶ τῶν νεῶν αὐτοῖς ἅμα ἐξ καὶ τριάκοντα ἐπὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων δύο καὶ τριάκοντα ἀναγαγομένων, ἐναυμάχησαν. καὶ, καρτερᾶς γενομένης ναυμαχίας, οὐκ ἔλασσον ἔχοντες ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Χῖοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι, (ἤδη γὰρ καὶ ὀψὲ ἦν,) ἀνεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν.

Deinde cum Dercylidas Mileto profectus esset pedestri exercitu, Abydus ad eum et Pharnabazum deficit, brevique post etiam Lampsacus.

62. Μετὰ δὲ τοῦτο εὐθὺς, τοῦ Δερκυλίδου πεζῇ ἐκ τῆς Μιλήτου παρεξελθόντος, Ἄβυδος ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ ἀφίσταται πρὸς Δερκυλίδαν καὶ Φαρνάβαζον, καὶ Λάμψακος δυοῖν ἡμέραιν ὕστερον.

Qua re comperta Strombichides 24 navibus accelerans Lampsacenos ad pugnam progressos vincit, primoque impetu capta Lampsaco immunita, vasisque et mancipiis direptis, liberis autem hominibus restitutis, Abydum pergit, et Abydenis quiescentibus Sestum, ubi totius Hellesponti praesidium custodiamque constituit.

Στρομβιχίδης δ' ἐκ τῆς Χίου, πυθόμενος, κατὰ τάχος βοηθήσας ναυσὶν Ἀθηναίων τέσσαρσι καὶ εἴκοσιν, ὧν καὶ στρατιώτιδες ἦσαν ὁπλίτας ἄγουσαι, ἐπεξελθόντων τῶν Λαμψακηνῶν μάχῃ κρατήσας, καὶ αὐτοβοεὶ Λάμψακον ἀτείχιστον οὖσαν ἑλὼν, καὶ σκεύη μὲν καὶ ἀνδράποδα ἁρπαγὴν ποιησάμενος, τοὺς δὲ ἐλευθέρους πάλιν κατοικίσας, ἐπ' Ἄβυδον ἦλθε. καὶ ὡς οὔτε προσεχώρουν, οὔτε προσβαλὼν ἐδύνατο ἑλεῖν, ἐς τὸ ἀντιπέρας τῆς Ἀβύδου ἀποπλεύσας Σηστὸν πόλιν τῆς Χερσονήσου, ἣν τότε Μῆδοι εἶχον, καθίστατο φρούριον καὶ φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου.

ἤδη — ἦν: ἦγ. ἐσκέρας ἤδη καταλαβούσης. S.

62. παρεξελθόντος. *praeter oram maritimam* in παρὰ quaerit Abresch., probante, ut solet, Gottlebero. non placet, tam putide urgeri praepositiones. ubi enim mentio orae maritimae, aut quae necessitas cogitanda ejus? παρὰ hic est *ad* (*Abydum* scilicet. *Both.*), ut in παρελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, ubi *prodeundi* quoque notionem habeat, in παραπέμπειν, aliis. *B—r.*

στρατιώτιδες. v. 6, 43.

ἐλευθέρους. liberos, praesertim cives, democratiae studentes, qui ab altera factione, ope Spartanorum, expulsi erant.

ἦν τότε Μῆδοι. vulgo ποτὲ, contra optimos et plerosque libros. Ita τότε interdum usurpatur ad significandum tempus, quo quae facta sint vel in vulgus notum est, vel ab ipso scriptore in superioribus proditum. v. 1, 101., 137.; 5, 6. igitur τότε h. l. non designat tempus belli peloponnesiaci, sed persici, cum Medi, i. e. Persae, in Europam transiissent. *Ex Hk.*, secundum K. p. 297.

Chiis jam mari potentioribus Astyochus cum Milesiis, deducta eorum classe, Samum navigat, absente adhuc Strombichide; sed non prodeuntibus in aciem hostibus propter seditionem, cum per id temporis Athenis democratia sublata esset, redit Miletum.

63. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ Χῖοί τε θαλασσοκράτορες μᾶλλον ἐγένοντο, καὶ οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ, καὶ ὁ Ἀστύοχος, κυθόμενος τὰ περὶ τὴν ναυμαχίαν, καὶ τὸν Στρομβιχίδην καὶ τὰς ναῦς ἀπεληλυθότα, ἐθάρσησε, καὶ παραπλεύσας δυοῖν νεοῖν Ἀστύοχος ἐς Χίον κομίζει αὐτόθεν τὰς ναῦς, καὶ ξυμπάσαις ἤδη ἐπίπλουν ποιεῖται ἐπὶ τὴν Σάμον. καὶ, ὡς αὐτῷ διὰ τὸ ἀλλήλοις ὑπόπτως ἔχειν οὐκ ἀντανήγοντο, ἀπέπλευσε πάλιν ἐς τὴν Μίλητον· ὑπὸ γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἔτι πρότερον, ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελέλυτο.

Sami Pisander et legati exercitum magis confirmant, ipsis Samiis principes Atheniensium adhortantibus, ut oligarchiam, quamvis domi controversam, secum conentur instituere.

Ἐπειδὴ γὰρ οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον πρέσβεις παρα τοῦ Τισσαφέρνους ἐς τὴν Σάμον ἦλθον, τά τε ἐν αὐτῷ τῷ στρατεύματι ἔτι βεβαιότερον κατέλαβον, καὶ αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρεψάντων τοὺς δυνατοὺς, ὥστε πειρᾶσθαι μετὰ σφῶν ὀλιγαρχηθῆναι, καίπερ ἐπαναστάντας αὐτοὺς ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται.

63. ἀπεληλυθότα, ἐθάρσησε. participium licet ad *Στρομβιχίδην καὶ τὰς ναῦς* pertineat, tamen sequitur alterum nomen. v. M. gr. §. 441., c. eadem fere ratio est verbi *ἐθάρσησε*: nam *οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ καὶ ὁ Ἀστύοχος* eodem modo hic junguntur, ut 3, 33. *ὁ Πάχης καὶ οἱ Ἀθηναῖοι.* monuit K. p. 301., ne quis cum Valck. ad Herodot. 5, 36. post *Μιλήτῳ* colo interpungat. *Hk.*

κατέλαβον. καταλαμβάνειν etiam *adstringere, obligare*, significare docet D. Thuc. 4, 86. *ὅρκοις Λακεδαιμονίων καταλαβὼν τὰ τέλη τοῖς μεγίστοις.* 1, 9. *ὅρκοις κατειλημμένους.* 5, 21. *κατειλημμένας τὰς σπονδάς.* sententia est *factionem apud exercitum confirmarunt, et conjuratos arctioribus quibusdam vinculis inter se adstrinxerunt.* Hk.

προτρεψάντων. mendose Vat. *προυτρέψαντο*, quod plerique admiserunt, quasi non Atheniensium, sed Samiorum, *δυνατοὶ* dicerentur. Did. „Il est peu probable que les *δυνατοὶ* (synonyme d' oligarques) de Samos eussent été tentés d'écouter la proposition, que leur auraient faite les Ath., de se gouverner oligarchiquement; le souvenir de ce, qu'ils avaient souffert par le peuple (voyez plus haut, §. 21.), devait les détourner de toute tentative pour rétablir l'oligarchie. Ajoutez que les mots *αὐτῶν τῶν Σαμίων* et la particule *καίπερ* déposent en faveur de la leçon vulgaire. — Osiander et Bloomfield l'ont également suivi." Mireris quidem populum favere oligarchiae; sed mutabile est vulgus (v. cap. 73.) et sperasse videntur Samii, fore, ut ope Pisandri et Persarum ipsi Atheniensium jugum excuterent.

αὐτοὺς, Ath. domi, ubi post Pisandri discessum turbae intestinae coeperunt, tandem instituto Quadringentorum imperio finitae. v. cap. 67. ad 70. S. καίπερ — αὐτοὺς (ἀλλήλοις): *καίπερ ἐπαναστάντων* [αὐτοῖς] *τοῖς ὀλιγαρχικοῖς* (fortasse S. scripsit *ἐπαν. αὖ τοῖς ὀλ.*) *τῶν δημοκρατούντων ὑπὲρ τοῦ μὴ ὀλιγαρχεῖσθαι.*

Deinde Ath., qui Sami erant, Alcibiadem deliberantem, quid agat, missum facere decernunt, ut ipsi per se res suas ordinent, et ad bellum gerendum pecunias ceteraque necessaria conferant, non amplius aliorum, sed sui ipsorum causa, laboraturi.

*Καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἅμα οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων κοινολογούμενοι ἐσκέψαντο Ἀλκιβιάδην μὲν, ἐπειδήπερ * οὐ βούλεται, ἐᾶν, (καὶ γὰρ οὐκ ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι ἐς ὀλιγαρχίαν ἐλθεῖν,) αὐτοὺς δὲ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν, ὡς ἤδη καὶ κινδυνεύοντας, ὁρᾶν, ὅτῳ τρόπῳ μὴ ἀνεθήσεται τὰ πράγματα, καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἅμα ἀνέχειν, καὶ ἐσφέρειν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων προθύμως χρήματα, καὶ ἤν τι ἄλλο δέῃ, ὡς οὐκέτι ἄλλοις ἢ σφίσιν αὐτοῖς ταλαιπωροῦντας.*

Igitur Pisandrum et dimidiam partem legatorum Athenas, ceterosque, alium alio, in subditorum oppida dimittunt; Diotrephen autem, circa Chium versantem, in Thraciam, praefecturam suam, abire jubent; qui, ad Thasum insulam appulsus, democratiam ibi abrogat.

64. *Παρακελευσάμενοι οὖν τοιαῦτα τὸν μὲν Πείσανδρον εὐθὺς τότε καὶ τῶν πρέσβεων τοὺς ἡμίσεας ἀπέστελλον ἐπ' οἴκου, πράξοντας τἀκεῖ, καὶ εἴρητο αὐτοῖς τῶν ὑπηκόων πόλεων αἷς ἂν προσίσχωσιν, ὀλιγαρχίαν καθιστάναι· τοὺς δ' ἡμίσεις ἐς τἆλλα τὰ ὑπήκοα χωρία ἄλλους ἄλλῃ διέπεμπον, καὶ Διοτρέφην, ὄντα περὶ Χίον, ἠρημένον δὲ ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης ἄρχειν, ἀπέστελλον ἐπὶ τὴν ἀρχήν· καὶ ἀφικόμενος ἐς τὴν Θάσον τὸν δῆμον κατέλυσε.*

Sed altero fere mense post ejus discessum Thasii, Atheniensium aristocratiae pertaesi, urbem suam muniunt, libertatem a Lacedaemoniis expectantes, apud quos exules eorum studiosissime id agebant, ut navibus missis Thasus deficeret.

Καὶ, ἀπελθόντος αὐτοῦ, οἱ Θάσιοι δευτέρῳ μηνὶ μάλιστα τὴν πόλιν ἐτείχιζον, ὡς τῆς μὲν μετ' Ἀθηναίων ἀριστοκρατίας

ἐσκέψαντο — ἐᾶν. idem fuerat *σκεψάμενοι ἐνενόουν χρῆναι ἐᾶν, reputando sentiebant, Alcibiadem valere jubendum esse*, i. e. sese de Alcibiade non debere sollicitos esse, *ipsos autem videre, ne* etc.

*ἐπειδήπερ * οὐ βούλεται.* id si verum esset, dictum oportuit, cur nollet, et quidnam nollet, Alcibiades. verum aut egregie fallor, aut dixit Thuc. *ἐπειδήπερ οὐν βουλεύεται, quoniam secum deliberat*, quid sibi faciendum sit, itaque cunctatur. Cinesias Aristophaneus Lys. 886. „*Βουλεύσομαι*," inquit; quo audito mulier irata exilit strato, aufugitque. v. ann. ad 7, 36.

ὅτῳ — ἀνεθήσεται, quomodo res non remitterentur: nam *ἀνιέναι τι* est *remittere, negligere, aliquid*. Hk.

ἀνέχειν, pro *ἀντέχειν*, quod idem valet *τῷ ἀνέχεσθαι, sustinere*, recte Reisk., P., Bloomf., ut, notante Did., 1, 41. *αἱ περιουσίαι, τοὺς πολέμους ἀνέχουσι*. quod G—r. opposuit *καὶ τἆλλα ἐκέλευεν ἀντέχειν* c. 86., frustra est: nam ibi *τἆλλα* sonat *ceterum*, cumque *ἀντὶ* cum solo genitivo construatur, soloecismum debet, qui dicit *ἀντέχειν τι*.

ὡς — ταλαιπωροῦντας, ut qui in posterum non pro aliis, sed pro se ipsis laboraturi sint, germanice „indem sie künftighin für Niemand anders als für sich selber sich abmühen würden." inepte Heilmann. „da anjezzo die Noth, wenn es dazu käme, sie allein betreffen würde."

64. *πράξοντας τἀκεῖ: ἤγ. καταστήσοντας τὰ ἐν Ἀθήναις. — εἴρητο αὐτοῖς: προσετέτακτο.* S.

εὐθὺ τῆς Καύνου καὶ Φασήλιδος. perverse ll. *ε. τῆς Φασ. καὶ Καύνου*, cum librarius per oscitationem nomen *Φασ.* occupavisset. Alcibiades enim cum Samo solvisset, nimirum Phaselidem, urbem in confinio Lyciae et Pamphyliae sitam, attingere, nisi Caunum Cariamque praetervectus, non potuit; quod non fugit Dukerum. et Acacius *cum solvisset, ab Cauno Phaselideque in superiora ascendit*, quasi legisset *ε. τῆς Καύνου καὶ Φασ.*, quod cum invenissent hoc loco scribae, temere, opinor, c. 108. inferserunt *καὶ Καύνου*, idque itidem importune, cum ibi de reditu Alcibiadis dicatur, Phaselide Caunum et Samum. sed Caunum non videtur inculcasse Thuc., satis habens dicere *πανσὰν ἀπὸ Φασ.* — *εὐθὺ* meliores codices plurimi, nec ferendum *εὐθὺς*, mendum inveteratum, quod mireris Beckii diligentiam fugisse. recte enim D. „Non est dubium, quin cum omnibus MSS., excepto Clar. (et Mosqu.), et cum edd. ante Stephani 2., qui tamen et ipse in iis, quae in margine ed. illius adnotavit, *εὐθὺ* agnoscit, pro *εὐθὺς* legendum sit *εὐθύ*. Phrynichus pag. 24. *εὐθὺ πολλοὶ ἀντὶ τοῦ εὐθύς. διαφέρει δέ· τὸ μὲν γὰρ τόπου ἐστὶν, εὐθὺ Ἀθηνῶν, τὸ δὲ χρόνου, καὶ λέγεται σὺν τῷ σ*. adde Ammonium et Thomam Magistrum, et obvia sunt exempla hujus significationis *τοῦ εὐθὺ* cum genitivo. v. interpretes Aeliani ad V. H. 18. — Quod hic in cod. Gr. *Φασηλίδος* scribitur *παροξυτόνως*, non caret auctoritate aliorum scriptorum: nam in Scylace, Polybio, Strabone et Stephano, nominativus est *Φασηλὶς*, et veteres magistros non idem de sede toni sensisse, e Stephano intelligi potest, qui scribit, Herodianum tradidisse, *τὸ Φάσηλις προπαροξύνεσθαι*. eam sententiam probavit Eustathius ad Dionys. Perieg. 855., et ita est in Herodoto 2, 178."

λίου, καὶ ἄλλους, οἳ μετέσχον μὲν ἐν πρώτοις τῶν πραγμάτων, φοβούμενοι δὲ, ὡς ἔφασαν, τό τε ἐν τῇ Σάμῳ στράτευμα, καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην, σπουδῇ πάνυ τούς γε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους ἔπεμπον, μή τι ἄνευ τῶν πλειόνων κακὸν δράσωσι τὴν πόλιν· οὐ τὸ ἀπαλλαξείειν τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν, ἀλλὰ τοὺς πεντακισχιλίους ἔργῳ, καὶ μὴ ὀνόματι, χρῆναι ἀποδεικνύναι, καὶ τὴν πολιτείαν ἰσαιτέραν καθιστάναι.

Hunc illorum praetextum politicum dicit Thuc., plerisque privata ambitione ductis, qua fere oligarchiam e democratia ortam corrumpi, cum quisque statim ceteris non modo par, sed primus omnium, esse velit. maxime autem eos Alcibiadis potentiam commovisse, nec durabilem visam oligarchiam, qua eversa unumquemque de obtinendo primo apud populum loco certaturum fuisse.

Ἦν δὲ τοῦτο μὲν σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου αὐτοῖς, κατ' ἰδίας δὲ φιλοτιμίας οἱ πολλοὶ αὐτῶν τῷ τοιούτῳ προσέκειντο, ἐν ᾧπερ καὶ μάλιστα ὀλιγαρχία ἐκ δημοκρατίας γενομένη

89. *φοβούμενοι δὲ, ὡς ἔφασαν.* scriptura vetus, quam temere posthabuerunt in aliquot libris inventae *φοβούμενοι δὲ ἀδεῶς ἔφασαν*, cum non animadverterent, mendum esse *αδε-*, e vicino simili *-οι δε* ortum in scriptura continua. recte Did. „Cette variante ne nous semble pas admissible: car elle ne fait qu'embarrasser un passage difficile. Les mots qui viennent quelques lignes plus bas, *ἦν δὲ τοῦτο μὲν σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου αὐτοῖς*, confirment la leçon vulgaire *ὡς ἔφασαν*, et sont en contradiction manifeste avec la variante *ἀδεῶς ἔφασαν:* car ce que les chefs de ce nouveau parti disaient ne demandait ni de la franchise, ni du courage, *ἀδεῶς*; c'était un pur prétexte, *σχῆμα πολ. τοῦ λόγου.*"

τούς γε. perperam ll. *τούς τε.*

ἔπεμπον notione medii dictum est, ut Soph. Antig. 145. *ὅτι σύγκλητον*

τήνδε γερόντων προὔθετο λέσχην,
κοινῷ κηρύγματι πέμψας,

ubi S. *μεταστειλάμενος.* de medio significatione *arcessendi* memoravit Schneider. in lexico, laudatis illis, quae leguntur apud Sophoclem Oed. Col. 562., *πῶς δῆτά σ' ἂν πεμψαίαθ', ὥστ'* etc. — „*ἄνευ τῶν πλειόνων, sine voluntate, consensu* et consilio *multitudinis*, vel saltem 5 millium, quomodo *ἄνευ* saepe accipi supra aliquot locis ostensum est." *E D.*

τῶν πλειόνων ne se rapporte pas à la pluralité des Quatre-cents, ce qui produirait un sens inadmissible, mais au peuple, qu'on désigne ordinairement par *οἱ πλείους* ou *οἱ πολλοί. E Did.*

ἀλλὰ — χρῆναι etc. i. e. *ἀλλὰ διὰ τὸ χρῆναι —, sed quia videbant, jam opus esse, ut* 5 *mille cives revera, nec nomine tantum, constituerentur.*

ἰσαιτέραν. forma comparativi Ionum, Atticorum, Dorum. v. M. gr. §. 127, ann. 2.

πολιτικόν: ἤγ. δημοκρατικόν. S.

τῷ τοιούτῳ. Cl. *τοιούτῳ εἴδει*, Gr. *τοιούτῳ τρόπῳ*, ex interpretatione. *Wass. Τρόπῳ* glossam esse, haud facile quisquam dubitet. de *εἴδει* id non tam apertum est: nam Thuc. saepe ita loquitur. cap. sequ. *μάλιστα ἐναντίοι ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει.* 3, 62. *σκέψασθε, ἐν οἵῳ εἴδει ἑκάτεροι ἡμῶν τοῦτο ἔπραξαν.* 6, 77. *ὁρῶντες αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος τρεπομένους.* 8, 56. *τρέπεται ἐπὶ τοιόνδε εἶδος.* D. Similiter tamen et *τὸ τοιοῦτον* dixit 3, 30.; 7, 86. — *ἐν ᾧπερ, δι' ὅπερ.* Portus *sed eorum plerique propter privatam ambitionem ei rei dabant operam, qua potissimum interit pau-*

ἀπόλλυται· πάντες γὰρ αὐθημερὸν ἀξιοῦσιν οὐχ ὅπως ἴσοι, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος, εἶναι· ἐκ δὲ δημοκρατίας αἱρέσεως γιγνομένης ῥᾷον τὰ ἀποβαίνοντα, ὡς οὐκ ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἐλασσούμενός, τις φέρει. σαφέστατα δ' αὐτοὺς ἐπῆρε τὰ ἐν τῇ Σάμῳ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἰσχυρὰ ὄντα, καὶ, ὅτι αὐτοῖς οὐκ ἐδόκει μόνιμον τὸ τῆς ὀλιγαρχίας ἔσεσθαι. ἠγωνίζετο οὖν εἷς ἕκαστος αὐτὸς πρῶτος προστάτης τοῦ δήμου γενέσθαι.

Quadringentorum principes Phrynichus, et alii oligarchiae studentes, pergunt legatos mittere Lacedaemonem de ea stabilienda, et pace quocunque tandem modo pangenda; acceptoque nuntio de rebus samiis metu non solum Alcibiadis, verum etiam Athenis plebejorum, imo nonnullorum ex ipsis conjuratis, immutatorum, Eetioneae munitionem, qua Piraei introitus defendebatur, statim, ex quo rerum potiti erant, absolvunt.

90. Οἱ δὲ τῶν τετρακοσίων μάλιστα ἐναντίοι ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει, καὶ προεστῶτες, Φρύνιχός τε, ὃς καὶ στρατηγήσας ἐν τῇ Σάμῳ τῷ Ἀλκιβιάδῃ τότε διηνέχθη, καὶ Ἀρίσταρχος, ἀνὴρ ἐν τοῖς [μάλιστα καὶ] ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ, καὶ Πείσανδρος, καὶ Ἀντιφῶν, καὶ ἄλλοι οἱ δυνατώτατοι, πρότερόν τε, ἐπεὶ τάχιστα κατέστησαν, καὶ ἐπειδὴ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ σφῶν ἐς δημοκρατίαν ἀπέστη, πρέσβεις τε ἀπέστελλον σφῶν ἐς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ τὴν ὀλιγαρχίαν προὐθυμοῦντο, καὶ τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ καλουμένῃ τεῖχος ἐποιοῦντο· πολλῷ τε μᾶλλον ἔτι, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἐκ τῆς Σάμου πρέσβεις σφῶν ἦλθον, ὁρῶντες τούς τε πολλοὺς, καὶ σφῶν τοὺς δοκοῦντας πρότερον πιστοὺς εἶναι, μεταβαλλομένους. καὶ ἀπέστειλαν μὲν Ἀντιφῶντα, καὶ Φρύνιχον, καὶ ἄλλους δέκα κατὰ τάχος, φοβούμενοι καὶ τὰ αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐκ τῆς Σάμου, ἐπιστείλαντες παντὶ τρόπῳ, ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἀνεκτὸς, ξυναλλαγῆναι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. ᾠκοδόμουν δὲ ἔτι προθυμότερον τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ τεῖχος. ἦν δὲ τοῦ τείχους ἡ γνώμη αὕτη, ὡς ἐφ'

corum dominatus ex populari statu constitutus.

αὐθημερόν: ἤγ. *ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ*. S. hyperbole pro *αὐτίκα*, *extemplo*, statim.

ὡς — ἐλασσούμενος, *tanquam is*, *qui non pariter* atque in oligarchia *superatus sit*, i. e. nulla ignominia, nec sine spe, aliquando etiam se muneribus reip. functum iri. *ἀπὸ τῶν ὁμοίων* pro *ὁμοίως*, ut Polyb. 4, 37, 6. *ἀπὸ τῶν ὁμοίων — τῷ Κλεομένει* etc. v. M. gr. §. 573., Viger. 9, 1, 11. male S. *ἐκ δὲ — γιγνομένης*: *ἀντὶ τοῦ ἐν δημοκρατίᾳ δὲ ἄρχοντός τινος αἱρεθέντος, ἢ πρωτεύοντός τινος, ῥᾳδίως φέρουσιν οἱ μὴ τυχόντες τῶν ὁμοίων· οὐ γὰρ ὁμοίου ἀνδρὸς νομίζουσιν, ἀλλὰ κρείσσονος, ἐλασσοῦσθαι.* nec minus alii erraverunt.

90. *ἐν τῇ Σάμῳ — διηνέχθη*. ll. *ἐν τῇ Σ. ποτὲ τῷ Ἀ. τότε δ.* interpretationem *τοῦ τότε* esse *ποτὲ*, facile intellexit K. ad Dionys. p. 297., quod etiam abest a nonnullis codicibus. de re v. cap. 48., seqq.

[*μάλιστα καί.*] glossa. — *ἐκ πλείστου*, *plurimum*, maxime.

τὰ αὐτοῦ: ἤγ. *ἐν Ἀθήναις*. — *ὅστις — ἀνεκτός*: *ὅστις τρόπος. τοῦτ' ἔστιν ὡτινιοῦν ἀνεκτῷ τρόπῳ. — ἦν δὲ — ἡ γνώμη*: ἤγ. *ὁ σκοπὸς τῆς ἀνοικοδίας τοῦ τείχους*. S.

Θηραμένης καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, οὐχ ἵνα τοὺς ἐν Σάμῳ, ἢν βίᾳ ἐπιπλέωσι, μὴ δέξωνται ἐς τὸν Πειραιᾶ, ἀλλ' ἵνα τοὺς πολεμίους μᾶλλον, ὅταν βούλωνται, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ δέξωνται. χηλὴ γάρ ἐστι τοῦ Πειραιῶς ἡ Ἑτιώνεια, καὶ παρ' αὐτὴν εὐθὺς ὁ ἔσπλους ἐστίν. ἐτειχίζετο οὖν οὕτω ξὺν τῷ πρότερον πρὸς ἤπειρον ὑπάρχοντι τείχει, ὥστε, καθεζομένων ἐς αὐτὸ

χηλή. L'entrée du Pirée à Athènes était resserrée entre deux caps, l'Alcime au sud (Plut. Themist. 32.) et l'Eétionée du côté du nord. (Meurs. de Piraeo in Thes. Ant. gr., vol. 5., p. 1935.) Suidas, Hesychius, Harpocration, Etienne de Byzance etc. s'accordent à le nommer *ἄκρα*. Thucydide l'appelle *χηλή*. En rapprochant Thuc. des Lexicographes cités on ne peut douter que dans ce passage *χηλὴ* ne soit l'equivalent de *ἄκρα* et ne signifie promontoire. Aem. Portus a fort bien traduit ce passage „*nam* Etionea est e duobus alterum Piraei promontoriorum." *Letronne* Topogr. de Syrac. p. 108. Xenophon Hellen. 2, 3, 46. appellat *χῶμα* (*ἐπὶ τῷ χώματι ἔρυμα.*). adde Demosth. in Theocr. p. 1343. Reisk., Phot., Zonar., Bekk. Anecd. 1., p. 260., Pollucem 1, 99., 102., et de voce *χηλὴ* 1, 63., 7, 53., Schneider. ad Xenoph. Anab. 7, 1, 17. Leak. Topogr. Athen. p. 339. ann. interpr. germ. „Moenia urbis utrobique ad ostium portus producta et inde in molibus arte factis (*χηλαῖς*, *χώμασι*) tranverso ostio continuata sunt eo usque, dum in medio aditus relictus erat non amplius binis ternisve triremibus, alteri juxta alteram navigantibus inter duas turres. hic aditus et ipse claudi poterat catenis transverse extentis." Thuc. igitur *τὸν ἕτερον πύργον* intelligit alteram duarum turrium, quae utroque latere aditum portus defendebant, et hic quidem turrim, quae erat a latere Eetioneae. Jam *τὸ παλαιὸν τεῖχος* mediterranea versus ductum erat ab eo loco, ubi moles naturalem oram littoris tangebat, et terminatum altera turrium, ad eandem oram sita. hic murus non erat alius nisi externus Piraei, qui, ut aliarum urbium moenia, urbem ab hostibus extrinsecus aggredientibus tueretur; at Quadringenti, magis intrinsecus factum impetum metuentes, illo muro non satis habebant; requirebant murum portum versus erectum, ne castellum suum, quod erat in mole, inde a Piraeo, sive interiore portu, impugnari posset. itaque verba *πρὸς θάλασσαν* idem valent, quod *πρὸς λιμένα*, ob eandemque causam hunc novum murum dicit *τὸ ἐντὸς τεῖχος*. is a turri in ipsa naturali ora littoris apud terminum vetusti, sive externi, muri secundum littus externi portus, qui Zea vocabatur (v. Od. Müller. Additam. ad Leak. Athen. p. 467.), i. e. secundum oram molis arte factae, productus est usque ad extremitatem ejus molis, qua erat aditus interioris Piraei, et fortasse longius circa totam molem. et *στοὰ*, tanquam pars hujus munitionis, continens latus inclusisse videtur, aedificata vel ab extremitate molis, vel a tota mole, qua haec introrsum spectabat, et continuata secundum oram interioris portus Piraei, sive Aphrodisii, usque ad oram littoris, quod intimum portum, sive Cantharum, cingebat. nisi forte haec porticus brevior fuit, neque longius quam per orientalem oram molis arte factae extendebatur; quod ut probabilius est, ita non facile patet, quod Arn. affirmat, castellum sic perfectum *διατείχισμα* fuisse forma triangula, cujus acumen esset turris, ad quam externus, sive vetus et internus, sive novus, murus, concurrebat, et cujus basis stoa. addit Arn., eam porticum, nisi pars munitionis fuerit, facile in receptaculum mercium converti potuisse; et, cum omnes naves frumentariae ibi onus exponere tenerentur, Quadringentis spes erat, fore, ut, commeatum et annonam urbis in sua potestate habentes, populum, si opus esset, fame enectum sibi parere cogerent. *E G—ro.*

ἐς αὐτὸ (scil. *τὸ τεῖχος*) Mosqu. et

ἀνθρώπων ὀλίγων, ἄρχειν τοῦ γε ἔσπλου· ἐπ' αὐτὸν γὰρ τὸν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος, στενοῦ ὄντος, τὸν ἕτερον πύργον ἐτελεύτα τό τε παλαιὸν τὸ πρὸς ἤπειρον, καὶ τὸ καινὸν, τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους τειχιζόμενον πρὸς θάλασσαν. διῳκοδόμησαν δὲ καὶ στοὰν, ἥπερ ἦν μεγίστη, καὶ ἐγγύτατα τούτου εὐθὺς ἐχομένη ἐν τῷ Πειραιεῖ, καὶ ἦρχον αὐτοὶ αὐτῆς, ἐς ἣν καὶ τὸν σῖτον ἠνάγκαζον πάντας, τὸν ὑπάρχοντά τε, καὶ τὸν ἐπιπλέοντα, ἐξαιρεῖσθαι, καὶ ἐντεῦθεν προαιροῦντας πωλεῖν.

Ejusmodi rumores et jampridem spargebat Theramenes, et, postquam prorsus infecta re compositionis legati Lacedaemone redierunt, munitionem illam periclitari, urbique perniciem instare, dicens; idque eo magis, quo, accitae ab Euboënsibus, Peloponnesiorum naves 42 adventabant.

91. Ταῦτ' οὖν ἐκ πλείονός τε ὁ Θηραμένης διεθρόει, καὶ ἐπειδὴ οἱ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος πρέσβεις οὐδὲν πράξαντες ἀνεχώρησαν τοῖς ξύμπασι ξυμβατικὸν, φάσκων κινδυνεύσειν τὸ τεῖ-

D., G—r., Did., etc. olim vulgati ll. αὐτὸν, in quo Hk. intelligebat τειχισμὸν, ut 2. 47. ἡ νόσος — λεγόμενον (νόσημα).

ἄρχειν. S. κρατεῖν.

τὸν ἐπιπλέοντα. solus Vat. ἐσπλέοντα, quod cur vulgato ἐπιπλέοντα praeferendum sit, non intelligo. servavit hoc etiam Did. item variata oratione Thuc. in superioribus ἐπιπλέωσι — ἔσπλους.

ἐξαιρεῖσθαι. Locus Athenis erat, ἐξαίρεσις dictus, ut docet Etymologici auctor. *Hn.* Et Pollux 9. 34. ex Hyperide ἐξαίρεσις: ὅπου τὰ φορτία ἐξαιρεῖται. ὥσπερ καὶ τὸ δείγμα. nomen loci a re, quae in loco fit. vid. ibi Jungermann. ἐξαιρεῖσθαι pro exponere, efferre, etiam apud Demosthenem legi, ostendit Budaeus in Commentar. l. gr. p. 233. Thuc. 8. 28. ἐβούλοντο πλεῦσαι ἐπὶ τὰ σκεύη, ἃ ἐξείλοντο ἐς τὴν Τειχιοῦσσαν. D. En vestigia et veluti semina juris, quod hodie vocant stapulae (retinendi, venum proponendi, priusquam alio devehantur, merces). Stapelgerechtigkeit. ἐξαιρεῖσθαι hic est venale exponere, (imo exponere, ut D., nihil amplius, germanice ausladen. Both.), προαιρεῖσθαι (προαιρεῖν) autem inde, velut ex horreo publico, petere. *E B*—ro. προαιροῦντας D. interpretatur e penu promentes, (dictum oportuit velut e penu pr. Both.) coll. Aristoph. Thesm. 426. (390.) et Theophr. Charact. 4., ubi v. Casaub. *G*—r.

91. ἐκ πλείονός τε Vat. et fortasse Lugd. Valla et jam pridem. vulgo ἐκ πλείονος χρόνου, ut c. 45.; quare P. conjunctim ἐκ πλ. χρόνου τε scribi posse existimat; sed idem addit, saepius ἐκ πλ. sine χρόνου legi, velut 4. 103.; 8, 88., ideoque ab interpretibus illatum videri. *E G*—ro. — οὐδὲν ξυμβατικὸν, nullam pactionem seu compositionem. male S. οὐδὲν — ξυμβ.: οὐκ ἰσχύσαν γὰρ πᾶσι Λακεδαιμονίοις συμβῆναι, ἀλλά τισιν αὐτῶν. quem secutus Portus nulla pactione cum universis Lacedaemoniis facta; nec melius Hk. „τοῖς ξύμπασι, universo populo Atheniensi, non solis oligarchis: cum his enim pacisci non recusabant Lac., at populo, sive populari factioni, fidem non habebant." „Verterim omnino, plane: neque enim cum parte tantum pacisci volebant, aut jubebantur, turbatior ordo pro ἐπειδὴ ἀνεχ. πρ. οὐδὲν τ. ξύμπ. ξυμβατ., nihil omnino pacati." *E B*—ro. Did. „τοῖς ξύμπασι, synonyme de παντάπασι, παντελῶς, omnino: c'est ainsi qu'on dit τοῖς ὅλοις au lieu de ὁλοτελῶς." Cf. ann. ad πᾶσι 2, 11.

φάσκων, jactans, interdum cum suspicione mendacii, ut hoc loco et apud Xenophontem Hierone 2, 16. χαλεπὸν δὲ εὑρεῖν, ὅπου οὐχὶ καὶ ἐπιπεύδοντας, πλέονας φάσκοντες

χος τοῦτο, καὶ τὴν πόλιν διαφθεῖραι. ἅμα γὰρ καὶ ἐκ τῆς Πελοποννήσου ἐτύγχανον, Εὐβοέων ἐπικαλουμένων, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον δύο καὶ τεσσαράκοντα νῆες, ὧν ἦσαν καὶ ἐκ Τάραντος, καὶ ἐκ Λοκρῶν, ἰταλιώτιδες, καὶ σικελικαί τινες, ὁρμοῦσαι ἤδη ἐπὶ Λᾷ τῆς Λακωνικῆς, καὶ παρασκευαζόμεναι τὸν ἐς τὴν Εὔβοιαν πλοῦν· (ἦρχε δὲ αὐτῶν Ἀγησανδρίδας Ἀγησάνδρου, Σπαρτιάτης·) ἃς ἔφη Θηραμένης οὐκ Εὐβοίᾳ μᾶλλον ἢ τοῖς τειχίζουσι τὴν Ἡετιώνειαν προσπλεῖν, καὶ, εἰ μή τις ἤδη φυλάξεται, λήσειν διαφθαρέντας.

Et revera id metuebant oligarchae, ceterum maxime quidem etiam sociis imperare cupientes; sin minus, certe, navibus ac munitionibus potiti, suis legibus vivere; sed, si ne id quidem possent, potius quam democratia restituta perderentur, vel hostibus introductis, sine navibus munitionibusque, quolibet statu reipublicae pacisci, praestita modo incolumitate.

Ἦν δέ τι καὶ τοιοῦτον ἀπὸ τῶν τὴν κατηγορίαν ἐχόντων, καὶ οὐ πάνυ διαβολὴ μόνον τοῦ λόγου. ἐκεῖνοι δὲ μάλιστα μὲν ἐβούλοντο ὀλιγαρχούμενοι ἄρχειν καὶ τῶν ξυμμάχων· εἰ δὲ μή, τάς τε ναῦς, καὶ τὰ τείχη, ἔχοντες αὐτονομεῖσθαι·

ἀπεκτονέναι ἢ ὅσοι ἂν τῷ ὄντι ἀποθάνωσιν. etiam libro de Rep. Laced. 2, 1. in verbis τῶν μὲν τοίνυν ἄλλων Ἑλλήνων οἱ φάσκοντες κάλλιστα τοὺς υἱεῖς παιδεύειν majus quiddam est φάσκοντες quam λέγοντες, neque ita dissimile jactationi. mendose Ammonius p. 44. ed. Valck. διαλέγεται μὲν ὁ διδοὺς λόγον κ. λαμβάνων· λαλεῖ δὲ ὁ μὴ σπουδαιολογούμενος· λέγει δὲ καὶ ὁ κατὰ διέξοδον ἐπεξιὼν πρᾶγμα· φάσκει δὲ ὁ βραχυλόγος. imo ὁ θρασυλόγος, audacter loquens. de β et θ litteris confusis v. Odyss. χ', 364., Apollod. 3, 1, 4., ubi λαθὼν pro λαβὼν scribendum est, etc.; de σ autem et χ Priscianum 18., p. 1198. ed. Putsch., ubi Ποιήχει dederunt pro. Ποιήσει cf. Aristoph. Ποίησις, fragm. p. 131. nostrae ed.

ἐπὶ Λᾷ τῆς Λακων. nomen Λᾷ accessit ex Vat. et Cl. (It. et Palat. εἰπίλαι); vulgo abest. „At primum ita non ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς, sed ἐν τῇ Λακωνικῇ dicendum erat; deinde Λᾷ hic et c. 92. non potuit temere oriri.“ P. „Laëm oppidum Laconicae commemorat Pausanias 3, 24, 5. τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ Γυθίου Λᾶς ἐστι θαλάσσης μὲν δέκα στάδια, Γυθίου δὲ τεσσαράκοντα, ἀπέχουσα. de eodem oppido v. Eustath. ad Hom. Il. β', 585., Strab. p. 560, B, Alm., ibique Casaub., Heyn. ad Hom. vol. 4., p. 331., Od. Müller. Dor. 1., p. 94., 2., p. 453. addit Arn., prodita per Pausaniam intervalla non posse intelligi nisi de arce Laïs, sive urbe superiore, cujus unius credibile sit Pausaniae tempore reliquias extitisse. superiore aetate suum urbi portum sive inferius oppidum fuisse, colligit tum ex praesente loco, tum ex Livio, 38, 30.“ E G—ro.

ἀπὸ τῶν τὴν κατηγορίαν ἐχόντων. ἔχειν saepe est habere sive praebere causam alicujus rei, et quasi παρέχειν, die Veranlassung geben. v. 1, 9. Ex Hk. G—r. etiam 2, 41. adhiberi jussit. „At Arn.,“ inquit, „confert 4, 114. αἰτίαν ἔχειν, et 5, 103. ἀνάγκην ἔχουσαν, i. e. ἀναγκαζομένην, et vertit „on the part of those accused — those who bore the charge, sive accusationem incurrere.“ accusatorum a Theramene Peloponnesiorum τοῦ τοῖς τειχίζουσι τὴν Ἡετιώνειαν προσπλεῖν.

ἐκεῖνοι δέ. ll. mendo frequente, de quo ad 4, 96., ἐκ. γάρ. neque enim his causa significatur antecedentium ἦν δέ τι — τοῦ λόγου, sed dicitur de diversis pro re nata capiendis consiliis oligarcharum.

ἐξειργόμενοι δὲ καὶ τούτου μὴ οὖν ὑπὸ τοῦ δήμου γε αὖθις γενομένου αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων μάλιστα διαφθαρῆναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς πολεμίους ἐσαγαγόμενοι ἄνευ τειχῶν καὶ νεῶν ξυμβῆναι, καὶ ὁπωσοῦν τὰ τῆς πόλεως ἔχειν, εἰ τοῖς γε σώμασι σφῶν ἄδεια ἔσται.

Phrynicho trucidato in foro frequente, et indicatis a percussore conventiculis apud peripolarchum aliisque in aedibus, oligarchae jam audacius agendum et accelerandum esse consilium suum intelligunt.

92. Διόπερ καὶ τὸ τεῖχος τοῦτο, καὶ πυλίδας ἔχον, καὶ ἐσόδους, καὶ ἐπεισαγωγὰς τῶν πολεμίων, ἐτείχιζόν τε προθύμως, καὶ φθῆναι ἐβούλοντο ἐξεργασάμενοι. πρότερον μὲν οὖν κατ' ὀλίγους τε καὶ κρύφα μᾶλλον τὰ λεγόμενα ἦν· ἐπειδὴ δὲ ὁ Φρύνιχος ἦκων ἐκ τῆς ἐς Λακεδαίμονα πρεσβείας, πληγεὶς ὑπ' ἀνδρὸς τῶν περιπόλων τινὸς ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ, καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου ἀπελθὼν ἀπέθανε παραχρῆμα, καὶ ὁ μὲν κατάξας διέφυγεν, ὁ δὲ

92. τὰ λεγόμενα. int. ὑπὸ τοῦ Θηραμένους. initio cautior erat in calumniando, ne ceteros optimates contra se excitaret. — ἀπέθανε παραχρῆμα. „Quae Plutarch. Alcib. c. 25. de Phrynichi morte refert, ea ex Thucydide hausit, ita tamen, ut corruperit. Ac primum eodem errore, quo S. ad Aristoph. Lys. 313., ita loquitur, ac si Phrynichus ob ea, quae in Samo molitus erat, proditionis condemnatus fuerit, non propterea, quod statum paucorum instituerit, et Lacedaemona legatus missus Peloponnesios arcessiverit. deinde percussorem ejus ξένα τῶν περιπόλων Ἕρμωνα appellat, cum Thuc. περίπολον quidem percussorem dicat, sed non Hermonem, quem eodem loco τῶν περιπόλων τῶν Μουνυχίασι τεταγμένων ἄρχοντα vocat, qui hoplitarum conatus adjuverit.“ Krüg. ad Dion. p. 384. Wass. „Paulo aliter quam Plut. Lycurgus adv. Leocr. p. 173. (p. 217. ed. Reisk.), Φρυνίχου γὰρ ἀποσφαγέντος νύκτωρ, παρὰ τὴν κρήνην ἐν τοῖς Οἰσυίοις, ὑπὸ τοῦ Ἀπολλοδώρου κ. Θρασυβούλου etc. paulo clarius Lysias c. Agorat. (orat. 12., p. 492. ed. Reisk.) Θρασύβουλός τε ὁ Καλυδώνιος, καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς, ἐπεβούλευσαν· ἐπειδὴ δὲ ἐπετυνέτην αὐτῷ βαδίζοντι, ὁ μὲν Θρασύβουλος τύπτει τὸν Φρύνιχον, κ. καταβάλλει κατάξας. v. Aristoph. Lys. 313., et ibi S.“ Addit Arn., ex Lysia apparere, veteri forma democratiae per Thrasybulum restituta duos homines extitisse professos, se percussores Phrynichi esse, et praemium tulisse jus civitatis atticae. non secus varios homines interfectores Caesaris esse voluisse, quamvis nullam in ejus caede partem habuissent. Agoratum, eundem honorem civitatis sibi asserentem, refelli a Lysia, et factum, et praemium facti, ab eo confictum esse contendeate. *E G—ro.* — ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ est *in foro hominum pleno*, quod idem dicitur περὶ πλήθουσαν ἀγοράν. „Suidas περὶ πλήθουσαν ἀγοράν: περὶ ὥραν τετάρτην, ἢ πέμπτην, καὶ ἕκτην· τότε γὰρ πλήθει ἡ ἀγορά. postremam interpretationem secuti viri doctissimi in Luciani Philopseude p. 333. ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγοράν, et in Philostrati Vit. Apoll. 2, 36. ὁκότε ἀγορὰ πλήθει, et 7, 29. περὶ π—ν ἀ—ράν, vertunt *circa meridiem*. sed Suidas ipse deinde π—ν ἀ—ράν exponit ὥραν τρίτην, et scriptor anonymus apud Favorinum in πλήθουσα ἀγορά· ὥρᾳ τρίτῃ ἠκροβολίζοντο περὶ πλήθουσαν ἀγοράν. Heraldus 1. Adversar. 10., interpp. Aeliani ad 12. V. H. 30., et Kuhnius in indice Aeliani pluribus ostenderunt, his phrasibus designari tempus, quod est inter manc et meridiem, et illud, quod Graeci vocant πληθούσης ἀγορᾶς et περὶ π—ν

ξυνεργὸς, Ἀργεῖος ἄνθρωπος, ληφθεὶς, καὶ βασανιζόμενος ὑπὸ τῶν τετρακοσίων, οὐδενὸς ὄνομα, τοῦ κελεύσαντος, εἶπεν, οὐδὲ ἄλλο τι ἢ, ὅτι εἰδείη πολλοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐς τοῦ περιπολάρχου, καὶ ἄλλοσε κατ' οἰκίας, ξυνιόντας, τότε δὴ, οὐδενὸς γεγενημένου ἀπ' αὐτοῦ νεωτέρου, καὶ ὁ Θηραμένης ἤδη θρασύτερον, καὶ Ἀριστοκράτης, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν τετρακοσίων αὐτῶν καὶ τῶν ἔξωθεν ἦσαν ὁμογνώμονες, ἦεσαν ἐπὶ τὰ πράγματα.

Simul enim Peloponnesiorum classis, Epidaurum appulsa, inde excurrebat, et Aegina infestata Epidaurum repetere solebat; quod fieri posse negabat Theramenes, nisi accita esset ab inimicis.

Ἅμα γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς Λᾶς αἱ νῆες ἤδη περιπεπλευκυῖαι, καὶ ὁρμισάμεναι ἐς τὴν Ἐπίδαυρον, τὴν Αἴγιναν καταδεδραμήκεσαν, καὶ οὐκ ἔφη ὁ Θηραμένης εἰκὸς εἶναι ἐπ' Εὔβοιαν πλεούσας αὐτὰς ἐς Αἴγιναν κατακολπίσαι, καὶ πάλιν ἐν Ἐπιδαύρῳ ὁρμεῖν, εἰ μὴ παρακληθεῖσαι ἥκοιεν, ἐφ' οἷσπερ καὶ αὐτὸς ἀεὶ κατηγόρει· οὐκέτι οὖν οἷόν τε εἶναι ἡσυχάζειν.

Igitur tandem hoplitae, qui munitionem in Piraeo aedificabant, Alexiclem, oligarcharum ducem, iisque deditissimum, comprehendunt, et domi in vincula conjiciunt, adjuvantibus cum aliis, tum Hermone, circitorum, qui Munychiae excubabant, praefecto, totoque adeo corpore hoplitarum consentiente. qua de re nuntio accepto Quadringenti plurimi arma capere jubent factionem, et Theramenem minantur.

Τέλος δὲ, πολλῶν καὶ στασιωτικῶν λόγων καὶ ὑποψιῶν προσγενομένων, καὶ ἔργῳ ἤδη ἥπτοντο τῶν πραγμάτων. οἱ γὰρ ἐν τῷ Πειραιεῖ τὸ τῆς Ἑτιωνείας τεῖχος ὁπλῖται οἰκοδομοῦντες, ἐν οἷς καὶ Ἀριστοκράτης ἦν ταξιαρχῶν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ φυλὴν ἔχων, ξυλλαμβάνουσιν Ἀλεξικλέα, στρατηγὸν

ἀ—ρὰν a μεσημβρία distingui. itaque hoc recte inchoari potest ab hora 3., quae, ut Martialis dicit, causidicos exercere incipiebat; nec Brodaeus 4. Miscellan. 33. satis accurate illud cum Gallorum hora 11. componit. add. Kuster. ad Suidam in ἀγορᾶς ὥραν." *E D.*

τοῦ κελεύσαντος. (scil. τὸν φόνον.) epexegesis, qua explicatur τὸ οὐδενός. idem dicas οὐδενὸς ὅστις ἐκέλευσε. quod qui minus assecuti essent, omisisse videntur articulum, quo carent olim vulgati ll.

peripolarchum intelligo cum Wachsmuthio Antiqu. gr. 2, 1., p. 409., 112., praefectum epheborum περιπόλων, sive circitorum et custodum agri attici, de quibus Schöm. de Comit. Athen. p. 331. quanquam περιπολάρχην dictum esse etiam vigiliis praefectum, qui noctu stationes vigilum obiret, discas ex Hesychio v. κωδωνοφορῶν. v. 4, 135. unius enim hominis et ephebis praeesse, et nocturnas vigilias explorare, vix fuerit, sed hoc a pluribus per vices factum esse consentaneum est. — (ἀπ' αὐτοῦ: ἦγ. μετὰ τὸν φόνον τοῦ Φρυνίχου.— καὶ τῶν ἔξωθεν: τῶν τετρακοσίων δηλ. S.) Portus *extra hos.* Heilmann. „die entweder von den Vierhunderten, oder auch von andern Bürgern, gleiche Gesinnungen mit ihnen hegten." — κατακολπίσαι est εἰς τὸν τῆς Αἰγίνης κόλπον πλεῦσαι. — τὴν ἑαυτοῦ φυλὴν habent Gr., Laur., Cl., Ven., et in margine Cass. vulgo φυλακήν. „φυλὴν defendi potest e 6, 98. καὶ τῶν Ἀθηναίων φυλὴ μία τῶν ὁπλιτῶν. permutantur haec etiam ib. cap. 100. et 101." *E D.* Adde 7, 69., et Taylor. Lect. Lys. p. 236. Reisk. *G—r.*

ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων. καὶ ἐκέλευσε τοὺς ἄνδρας τιμωρεῖσθαι. καὶ ὁ μὲν ἐκείνους ἀφῆκεν. ξυνεπελάμβανον δὲ τοῦτο τῷ τύραννῳ καὶ ἄλλοι. καὶ Θηραμένης τῶν Ἀθηναίων. τῶν Λακεδαιμονίων στρατηγῶν. ὕστερον δὲ αὐτόν. τῶν πολιτῶν τι πλοῦς ποιεῖ ἐπιπλέοντα. ὡς δὲ ἀπηγγέλθη τοῖς στρατηγοῖς. ἔστιν ὃν ἐν τῷ λιμένι ξυναθροισθέντα. αὐτὸς πλοῖον ἴδιον. ἐπὶ βραδυτέρας ἐπέμπετο ἦν. ἔτυχον ἥκοντες καὶ τῶν Ἀθηναίων τινὲς ἐπὶ τὰ ἔργα. καὶ τὰ ὑπηρετικὰ καὶ τοῖς ἐπὶ κεντέσι πρόσω.

He was then carried to the tribunal of the Thirty. and when he had pleaded his own cause, as he was not ignorant that his sentence was already determined, he seized the altar, which was near, and said, "I am a friend to this government." Upon which Eratosthenes, one of the Thirty, replied, "If you are not a friend, you will not be the less punished, for we do not put you to death as an enemy, but as a traitor." Then they led him away through the midst of the guards, and the executioners, and many people, who were assembled in the court. Many of whom, seeing him dragged in this manner, and that he was to suffer death, pitied him, and thought his fate unworthy of him and of themselves.

Ὁ δὲ ἀναλογισάμενος ἅπερ καὶ ἐν τῷ ξυνεδρίῳ ἐφθέγξατο ἔστιν ἡλίκα καὶ παραλόγως ἐπὶ τῶν τεθνεώτων. δίκης ἦν αὐτῷ μνησθῆναι. ἔχωρει ἐς τὸν Πειραιᾶ. ἐλπίδα δὲ καὶ ἀφέσεως καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων. ἦν δὲ ἀνεφάρμοστος πολλὰ καὶ ἐπιτήδειος· οἷ τε γὰρ ἐν τῷ ἄστει ἤδη ὄντες τὸν τε Πειραιᾶ παρελάμβανον. καὶ τὸν ξυνελήμψεσθαι τεθνεῶτα. οἵ τε ἐν τῷ Πειραιεῖ τινες ἐκ τοῦ ἄστεως ὄντα τοῦτο ἐκεῖ φρᾶζε παρέσται. μᾶλλον δὲ. τῶν τε τριακοσίων ἀκουόντων τοὺς ἐν τῷ ἄστει διαβάντας καὶ ἐπὶ τὰ ὅπλα φερομένους. καὶ Θηραμένη τοῦ Φαιάλλου. τοῦ τριήρους τῆς πολίτιδος πρώτου καὶ τριήρεως ἐπιπλέοντος γε ἔτυχεν γιγνόμενον καὶ ἐκβοῶντος μὴ. ἐπιβρέοντάν ἐγγὺς τῶν πολεμίων. ἐπιλέσθαι τὴν τριήρη. ἡσύχασάν τε. καὶ ἐφ᾽ ἑαυτῶν ἐσκέψαντο.

Theramenes dicis causa militem murum in Piræa ædificantes increpat, Aristarcho aliisque ejus factionis serio indignantibus. nec tamen remisso illi opere Theramenem interrogabant, utrum ei utile videretur, ædificari an destrui munitionem.

Καὶ ὁ μὲν Θηραμένης ἐλθὼν ἐς τὸν Πειραιᾶ, (ἦν δὲ καὶ

ἰταλφοντ Cass., Aug., Pal. k., Vat., D., E., Valla, Wyttenbach. Kalog. hist. p. 404, vulgo, mendo frequentissimo, ἰτέφονς. illos recte Wyttenb., Taylor. Vit. Lysiae p. 115., et Rahnken. Hist. crit. orat. gr. p. 133., intelligunt eos, qui in moliendo pancorum dominatu Quadringentos juverint, per excellentiam dictos ἰταλφονς, quemadmodum nuper hetaeristae appellabantur, qui Neograecorum rebus studerent. ἰταλφονς etiam Valla legit, vertens *comprehendunt Alexiclem, inter collegas status paucorum precipuæ dignitatis præditum.* E G—ro.

ὅσοις μὲν βουλ. ταῦτα ἦν. Il. ὅσοις μὴ etc. quemadmodum hæc sæpe permixta scimus. cf. ann. ad 8. 46., et de illis, quibus id gratum fuit, Theramenis amicis, 89. mire 8. vulgaris πλὴν ὅσοις μὴ β.: πλὴν ὅσοι μὴ ἐβούλοντο, δηλαδὴ ἀλιτραίνεσθαι, quasi id intelligi per se posset. 8. August. ὅσοι βουλ., neglecta μὲν particula, ut qua omissa tamen sensus constaret.

ξυναφαιρεθεσόμενος τὸν Ἀλεξιλέα. — ὅστις ἦν αὐτῷ ὁμο-

αὐτὸς στρατηγὸς,) ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα ὠργίζετο τοῖς ὁπλίταις· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίοι τῷ ἀληθεῖ ἐχαλέπαινον. οἱ δὲ ὁπλῖται ὁμόσε τε ἐχώρουν οἱ πλεῖστοι τῷ ἔργῳ, καὶ οὐ μετεμέλοντο, καὶ τὸν Θηραμένην ἠρώτων, εἰ δοκεῖ αὐτῷ ἐπ' ἀγαθῷ τὸ τεῖχος οἰκοδομεῖσθαι, ἢ εἰ ἄμεινον εἶναι καθαιρεθέν.

Quibus ut respondit, quod ipsis, etiam sibi placere, et milites, et multi incolae Piraei, munitionem demoliri coeperunt, mutua inter se adhortatione, quicunque pro Quadringentis 5 mille imperare velit, eum id opus aggredi debere. sic enim loquebantur, aperte populum nominare veriti, ne revera rempublicam administrantes 5 mille offenderentur; quae res quomodo se haberet, ex industria occultabant Quadringenti, nolentes quidem tot imperii participes, instar ipsius populi futuros, constituere, et obscuritate rei metu inter se multitudinem implentes.

Ὁ δὲ, εἴπερ [καὶ] ἐκείνοις δοκεῖ καθαιρεῖν, καὶ ἑαυτῷ ἔφη ξυνδοκεῖν. καὶ ἐντεῦθεν εὐθὺς ἀναβάντες οἵ τε ὁπλῖται, καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τοῦ Πειραιῶς ἀνθρώπων, κατέσκαπτον τὸ τείχισμα. ἦν δὲ πρὸς τὸν ὄχλον ἡ παράκλησις, ὡς χρὴ, ὅστις τοὺς πεντακισχιλίους βούλεται ἄρχειν ἀντὶ τῶν τετρακοσίων, ἰέναι ἐπὶ τὸ ἔργον· ἐπεκρύπτοντο γὰρ ὅμως ἔτι τῶν πεντακισχιλίων τῷ ὀνόματι, μὴ ἄντικρυς, δῆμον ὅστις βούλεται ἄρχειν, ὀνομάζειν, φοβούμενοι μὴ τῷ ὄντι ὦσι, καὶ πρός τινα εἰπών τίς

γνώμων. Vat. ὃς, quod recepit Bekk. ὅστις pro ὃς dici docet Matth. Gr. ed. 2. p. 906. — ἐμποδών γε. Il. ἐ. τε.

ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα. eadem verba leguntur apud Xenophontem Hist. gr. 2, 4, 31. S. cod. Cass. et Aug. haec habent ἦγουν ἀπὸ βοῆς, καὶ οὐκ ἀληθῶς, quae vera est horum verborum interpretatio, *dicis causa*. Plato de Leg. 3., p. 701, D, τίνος δὴ χάριν ἕνεκα, quem locum attulit Göll. — deinde secundum aliquot codd. (Cl., D. marg., Steph., Cass. in margine manu recenti, Tus.) et Vallam, qui habet *re vera*, scripsi τῷ ἀληθεῖ, cujus loco vulgo legitur τῷ πλήθει, quod sive jungas cum οἱ ἐναντίοι, sive cum ἐχαλέπαινον, minus aptum est quam illud, quia verba ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα aegre carent illa oppositione. etiam S. γράφεται τῷ ἀληθεῖ ἐχαλέπαινον. Göllerі causa, qui contendit, dicendum esse τὸ ἀληθὲς, non τῷ ἀληθεῖ, affero Platonis Apol. c. 16., p. 28, D, locum, οὕτω γὰρ ἔχει, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῇ ἀληθείᾳ. ibid. c. 26., p. 36, D, κατὰ τὴν ἀξίαν τῇ ἀληθείᾳ τιμᾶσθαι. *Ex Hk.*

ἢ εἰ ἄμεινον etc. perperam Il. καὶ εἰ ἄ. ἢ εἰ, ut Xenoph. Oecon. 9. et 10., et Mag. equ. 4, 9., ubi tamen εἰ abest a nonnullis codd.: quemadmodum et h. l., cum εἰ et ἢ interdum confusa sint (v. indicem Homeri nostri p. 441., etc.), haud invitus posuerim — οἰκοδομ. ἢ (intellecto δοκεῖ) ἄμεινον εἶναι κατ. ita Xenophon Anab. 1, 10, 5. εἰ πέμποιέν τινας, ἢ πάντες ἴοιεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, et Cyrop. 5, 2, 4. εἴ που εἴη αἰρέσιμον τὸ τεῖχος, ἢ ψευδὴς φαίνοιτο ὁ Γωβρύας. de ἢ et καὶ confusis ad 2, 17.

[καί.] haec videtur glossa, etsi non ignoro, Graecos luxuriari in usu hujus particulae; qua de re dixit Schaefer. Melet. crit. p. 12. cf. et nos ad Eurip. Iphig. A. 344., Heracl. 486. hic quidem prius καὶ molestius est propterea, quod eo vis posterioris infringitur.

μὴ τῷ ὄντι ὦσι: φοβούμενοι δηλαδὴ, μή τις εἰπὼν, ὅτι ὀρέγεται δημοκρατίας, πρός τινα, ὃς ἐστι τῶν πεντακισχιλίων, ἀγνοῶν, ὅτι ἐστὶν εἷς ἐκείνων, ἐν κινδύνῳ γένηται. (ergo ad ὦσι subaudi τῶν πεντακισχιλίων. *Hk.*)

τι ἀγνοίᾳ σφαλῇ. καὶ οἱ τετρακόσιοι διὰ τοῦτο οὐκ ἤθελον τοὺς πεντακισχιλίους οὔτε εἶναι, οὔτε μὴ ὄντας δῆλους εἶναι, τὸ μὲν καταστῆσαι μετόχους τοσούτους ἔντιμον ἐν δήμου ἡγούμενοι, τὸ δ' αὖ ἀφανὲς φόβον ἐς ἀλλήλους παρεῖχεν.

Postridie Quadringenti, quamvis turbati, tamen convenerunt in curiam; hoplitae vero, dimisso Alexicle, et diruta munitione in Piraeo, inde profecti primum in theatro Bacchi prope Munychiam armati consistunt, deinde, concione habita, statim in urbem pergunt, et in Anaceo castra metantur. quos missi quidam a Quadringentis, singulos allocati, utcunque pacant, promisso dato, se 5 mille cives designaturos esse, e quibus Quadringenti eligantur. igitur dies constituitur, quo concio advocetur in templum Bacchi de reconcilianda concordia.

93. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν τετρακόσιοι ἐς τὸ βουλευτήριον ὅμως καὶ τεθορυβημένοι ξυνελέγοντο· οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ ὁπλῖται τόν τε Ἀλεξικλέα, ὃν ξυνέλαβον, ἀφέντες, καὶ τὸ τείχισμα καθελόντες, ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ διονυσιακὸν [τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ] θέατρον ἐλθόντες, καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐξεκλησίασάν [τε], καὶ δόξαν αὐτοῖς εὐθὺς ἐμέρουν ἐς τὸ ἄστυ,

καὶ οἱ τετρακόσιοι — εἶναι. Les Quatre-cents voulaient que le corps ou conseil des Cinq-mille existât et qu'il n'eût aucune influence sur les affaires publiques. Napoléon voulait aussi l'existence et en même temps la nullité du corps législatif. *Did.* — τὸ δ' αὖ — παρέξειν: ἀδήλου δὲ, φησὶν, ὄντος, ὅτι εἰσὶ πεντακισχίλιοι, φόβον παρασκευάσειν τοῦτο κ. ὑποψίαν τοῖς Ἀθηναίοις πρὸς ἀλλήλους. ἕκαστος γὰρ τὸν πέλας ᾤετο τῶν πεντακισχιλίων εἶναι. S.

93. ὅμως καὶ τεθορυβημένοι, i. e. καίπερ τεθορυβημένοι ὅμως. v. M. gr. §. 566., 3. — post διονυσιακὸν Cass., Aug., Pal., It., Vat., F., Mosqu., Valla, et inter uncos Göll. et P., inserunt τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ, quod tuetur K. ad Dionys. p. 386. et Xenophon quidem Hist. gr. 2, 4, 32. dicit κατεδίωξαν πρὸς τὸ ἐν Πειραιεῖ θέατρον. at Lysias c. Agorat. c. 7. ὅτι ἡ ἐκκλησία Μουνυχίασιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγένετο, etc. *Ex Hk.* „Quaestio per Leakium Athen. p. 346., ann. 4., et p. 349., sequ., interpretationis germ. dijudicata est. in Piraeo duo theatra erant, alterum remotius a Munychia, alterum ad ipsum isthmum Munychiae (ergo πρὸς τ. *M.*), ejusque etiam nunc extant reliquiae. πρὸς τῇ *M.* idem est ac *Μουνυχίασιν* apud Lysiam. nihilominus verba τὸ ἐν τῷ *Π.* cum Arnoldo recte pro annotatione marginali habueris, fortasse alicujus, qui recens esset a lectione Xenophontis l. c. " *E G—ro et D.*

ἐξεκλησίασαν secundum codicem I. Bk., Df., G—r., ut Demosthenes or. Mid. p. 577., quo loco usus Buttmann. gramm. maj. vol. 1., p. 344., id probat; (cf. K. ad Dionys. p. 387., Lobeck. ad Phryn. p. 165.) item M. gr. §. 170. vulgo ἐξεκλησίασαν. Sturz. lex. Xenoph. vol. 2., p. 215. „ἐκκλησιάζειν, ajunt, est *ordinariis comitiis interesse*; ἐξεκλησιάζειν *extra locum solitum concionem habere*, ut ἐκκαθεύδειν apud Xenoph. Hist. gr. 2, 4, 32. est *extra solitum locum dormire*, decente Valck. ad Herod. p. 683, b. igitur ἐξεκλησίασαν placuit Schneidero in lexico v. ἐξεκλησιάζειν, et Schoemanno de Comit. Ath. p. 67. sed vereor ut satis firmetum sit hoc verbum, legamque apud Xenophontem Hellen. 5, 3, 16., ἔξω ἐξεκλησίαζον, cum ταυτολόγον sit, quod ll. habent, ἔξω ἐξεκλησίαζον. Zonaras quoque procul dubio non ἐξεκλησίασε, ut putant, sed scripsit ἐξεκλησίασε, cui congruit interpretatio συνήθροισεν.

καὶ ἔθεντο [αὐτοῦ] ἐν τῷ Ἀνακείῳ τὰ ὅπλα. ἐλθόντες δὲ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων τινὲς ἠρημένοι πρὸς αὐτούς, ἀνὴρ ἀνδρὶ διελέγοντό τε, καὶ ἔπειθον οὓς ἴδοιεν ἀνθρώπους ἐπιεικεῖς, αὐτούς τε ἡσυχάζειν, καὶ τοὺς ἄλλους παρακατέχειν, λέγοντες τούς τε πεντακισχιλίους ἀποφανεῖν, καὶ ἐκ τούτων ἐν μέρει, ᾗ ἂν τοῖς πεντακισχιλίοις δοκῇ, τοὺς τετρακοσίους ἔσεσθαι, τέως δὲ τὴν πόλιν μηδενὶ τρόπῳ διαφθείρειν, μηδ' ἐς τοὺς πολεμίους ἀνῶσαι. τὸ δὲ πᾶν πλῆθος τῶν ὁπλιτῶν, ἀπὸ πολλῶν καὶ πρὸς πολλοὺς λόγων γιγνομένων, ἠπιώτερον ἦν ἢ πρότερον, καὶ ἐφοβεῖτο μάλιστα περὶ τοῦ παντὸς πολιτικοῦ. ξυνεχώρησάν τε ὥστε ἐς ἡμέραν ῥητὴν ἐκκλησίαν ποιῆσαι ἐν τῷ Διονυσίῳ περὶ ὁμονοίας.

Paulo post nuntius venit de appropinquante Megaris classe peloponnesiaca, Agesandrida vel ex composito versante circa Epidaurum illamque regionem, vel opportunam sibi fore sperante seditionem Atheniensium.

94. Ἐπειδὴ δὲ ἐπῆλθεν ἡ ἐν Διονύσου ἐκκλησία, καὶ ὅσον οὐ ξυνειλεγμένοι ἦσαν, ἀγγέλλονται αἱ δύο καὶ τεσσαράκοντα νῆες, καὶ ὁ Ἀγησανδρίδας, ἀπὸ τῶν Μεγάρων τὴν Σαλαμῖνα παραπλεῖν· καὶ πᾶς τις τῶν πολλῶν αὐτὸ τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι τὸ πάλαι λεγόμενον ὑπὸ Θηραμένους καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, ὡς ἐς τὸ τείχισμα ἔπλεον αἱ νῆες, καὶ χρησίμως ἐδόκει καταπεπτωκέναι. ὁ δὲ Ἀγησανδρίδας τάχα μέν τι καὶ ἀπὸ ξυγκειμένου λόγου περί τε τὴν Ἐπίδαυρον καὶ ταύτῃ ἀνεστρέφετο, εἰκὸς δὲ αὐτὸν καὶ πρὸς τὸν παρόντα στασιασμὸν τῶν Ἀθηναίων, δι' ἐλπίδος, ὡς κἂν ἐς δέον παραγένοιτο, ταύτῃ ἀνέχειν.

Ath. autem, de hac re certiores facti, citato cursu populatim in Piraeum contenderunt, magis scilicet quam domesticum bellum metuentes hostem, haud longinquum, sed portui imminentem. quare alii naves, quae aderant, conscendebant; alii alias deducebant; alii denique ad muros portusque ostium accurrebant opitulatum.

Οἱ δ' αὖ Ἀθηναῖοι, ὡς ἠγγέλθη αὐτοῖς, εὐθὺς ὁρόμῳ ἐς

τὲ et αὐτοῦ abest a Cass., Aug., It., Pal. in Cass. tamen a correctore adscripta sunt haec vocabula. — Ἀνακεῖον est templum Dioscurorum, Castoris ac Pollucis. — ἐπιεικεῖς, aequos, moderatos. — καὶ τ. ἄ. παρακατέχειν, et ceteros secum in officio retinere. — ἐν μέρει, per vices, Port. — ἀνῶσαι, impellere, urgere urbem, ut se hostibus dedat. — περὶ — πολιτικοῦ: ἡγ. περὶ τῆς πάσης πολιτείας. — ξυνεχώρησάν τε: συνέδραμον (sensu tropico), ὡμονόησαν. S. —) ἐν τῷ Διονυσίῳ, τῷ ἐν τῷ ἄστει, ubi plerumque comitia habebantur. v. Pollux 8, 133. *Hk.*

94. τῶν πολλῶν, *vulgi*. sic Vat. Valla *ex hac turba*. alii ll. τῶν πολλῶν ὁπλιτῶν, idque ipse Vat. in margine notatum habet. vulgo, glossa obtinente, τῶν ὁπλιτῶν. „Verum esse τῶν πολλῶν, ex eo intelligitur, quod non modo hoplitae, sed omnino οἱ Ἀθηναῖοι — εὐθὺς ὁρόμῳ ἐς τὸν Πειραιᾶ πανδημεὶ ἐχώρουν." E K. ad Dionys. p. 387. ἀπὸ ξ. λόγου: ἤτοι προδοσίας. S. ταύτῃ, περὶ τὴν Σαλαμῖνα. — ἀνέχειν idem esse, quod paulo ante ἀναστρέφεσθαι, notavit S—r. *Hk.*

τὸν Πειραιᾶ πανδημεὶ ἐχώρουν, ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου μείζονος ἂν τοῦ ἀπὸ τῶν πολεμίων οὐχ ἑκάς, ἀλλὰ πρὸς τῷ λιμένι, ὄντος. καὶ οἱ μὲν ἐς τὰς παρούσας ναῦς ἐσέβαινον, οἱ δὲ ἄλλας καθεῖλκον, οἱ δέ τινες ἐπὶ τὰ τείχη καὶ τὸ στόμα τοῦ λιμένος παρεβοήθουν.

Peloponnesiorum classis, Sunium circumvecta, portum inter Thoricum et Prasias subiit, posteaque Oropum appulsa est; Ath. vero, raptim, ut in seditione, maximoque discrimine, coactis nautis ad tuendam Euboeam Thymocharem cum navibus Eretriam mittunt, ubi quae prius in Euboea erant cum illis effecerunt 36.

95. Αἱ δὲ τῶν Πελοποννησίων νῆες, παραπλεύσασαι καὶ περιβαλοῦσαι Σούνιον, ὁρμίζονται μεταξὺ Θορικοῦ τε καὶ Πρασιῶν· ὕστερον δὲ ἀφικνοῦνται ἐς Ὠρωπόν. Ἀθηναῖοι δὲ κατὰ τάχος καὶ ἀξυγκροτήτοις πληρώμασιν ἀναγκασθέντες χρήσασθαι, οἷα πόλεώς τε στασιαζούσης, καὶ περὶ τοῦ μεγίστου βουλόμενοι ἐν τάχει βοηθῆσαι. (Εὔβοια γὰρ αὐτοῖς, ἀποκεκλῃμένης τῆς Ἀττικῆς, πάντα ἦν.) πέμπουσι Θυμοχάρην στρατηγὸν καὶ ναῦς ἐς Ἐρέτριαν, ὧν ἀφικομένων ξὺν ταῖς πρότερον ἐν Εὐβοίᾳ οὔσαις ἓξ καὶ τριάκοντα ἐγένοντο.

Statimque navali proelio dimicare coacti sunt Ath., cum Agesandridas cum classe Oropo adnavigaret, pransus ille quidem cum suis militibus, impransis autem adhuc Atheniensibus, ut quibus fraude Eretriensium non in foro, sed in ultimis urbis aedibus, emenda essent cibaria; unde cum tardius redirent ad naves, signo dato a civibus Peloponnesii irruperunt, et sic pugnare coacti Ath. aliquantisper quidem restiterunt, mox autem victi in terram confugerunt, quorum qui Eretriam, velut amicam urbem, petierunt, trucidati sunt, nec servati praeterquam illi, qui ad ipsorum ibi munitionem se receperunt; salvae quoque Chalcidem pervenerunt aliquot naves.

Καὶ εὐθὺς ναυμαχεῖν ἠναγκάζοντο. ὁ γὰρ Ἀγησανδρίδας ἀριστοποιησάμενος ἐκ τοῦ Ὠρωποῦ ἀνήγαγε τὰς ναῦς· ἀπέχει

ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου μείζονος ἂν — ὄντος. mendose ll. μείζονος ἢ (ᾱ, ῆ, η) τοῦ ἀπὸ etc. κακοφώνως D. et Abr. ὡς τοῦ ἰδ. πολέμου οὐ μείζονος etc., neque alii melius. ordo ὡς τοῦ (πολέμου) ἀπὸ τῶν πολ., οὐχ ἑ., ἀ. πρ. τῷ λιμ., μείζονος ἂν ὄντος τοῦ ἰδ. πολ., quod quasi legisset in suo libro recte vertit Acacius *majus intestino certamine ab hostibus bellum non longe, sed ad portum adesse rati.*

95. ἀξυγκρότητα πληρώματα sunt *milites et nautae incompositi, nullo usu subacti*, ut explicat Reitz. ad Lucian. de Gymn. 29., vol. 7., p. 490. Lucianus Gall. 24., vol. 6., p. 327. ἵππος συγκεκροτημένη, *equitatus exercitatus.* Arn. metaphoram ductam dicit a metallis confusis et commassatis. εὐκρότητον (S. σφυρήλατον) χαλκέαν πρόχουν dixit Sophocles Ant. 400. cf. Dio Cass. 38, 45. apud Polybium 1, 61, 3. πληρώματα συγκεκροτημένα opponuntur ἀνασκήτοις κ. πρὸς καιρὸν ἐμβεβλημένοις. E G—ro.

Εὔβοια αὐτοῖς — πάντα ἦν, *omnem spem in Euboea positam habebant.* sic πάντα εἶναι τινὶ dicuntur, qui in summa auctoritate et existimatione sunt, qui omnia apud aliquem possunt, a quibus omnia expectat. *Hk.* v. Ruhnken. ad Vellejum 2, 103., Herm. ad Vig. p. 727., etc.

ἀπέχει Cass., Aug., Bk., P., Hk., Df. vulgo διέχει, quod restituit G—r. et Hesychius quidem διέ-

δὲ μάλιστα ὁ Ὠρωπὸς τῆς τῶν Ἐρετριέων πόλεως θαλάσσης μέτρον ἑξήκοντα σταδίους. ὡς οὖν ἐπέπλει, εὐθὺς ἐπλήρουν καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὰς ναῦς, οἰόμενοι σφίσι παρὰ ταῖς ναυσὶ τοὺς στρατιώτας εἶναι· οἱ δὲ ἔτυχον οὐκ ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἄριστον ἐπισιτιζόμενοι, (οὐδὲν γὰρ ἐπωλεῖτο ἀπὸ προνοίας τῶν Ἐρετριέων,) ἀλλὰ ἐκ τῶν ἐπ' ἔσχατα τοῦ ἄστεος οἰκιῶν, ὅπως, σχολῇ πληρουμένων, φθάσειαν οἱ πολέμιοι προσπεσόντες, καὶ ἐξαναγκάσειαν τοὺς Ἀθηναίους οὕτως, ὅπως τύχοιεν, ἀνάγεσθαι. σημεῖον δὲ αὐτοῖς ἐς τὸν Ὠρωπὸν ἐκ τῆς Ἐρετρίας, ὁπότε χρὴ ἀνάγεσθαι, ἤρθη. διὰ τοιαύτης δὴ παρασκευῆς οἱ Ἀθηναῖοι ἀναγαγόμενοι, καὶ ναυμαχήσαντες ὑπὲρ τοῦ λιμένος τῶν Ἐρετριέων, ὀλίγον μέν τινα χρόνον ὅμως καὶ ἀντέσχον· ἔπειτα ἐς φυγὴν τραπόμενοι καταδιώκονται ἐς τὴν γῆν. καὶ ὅσοι μὲν αὐτῶν πρὸς τὴν πόλιν τῶν Ἐρετριέων ὡς φιλίαν καταφεύγουσι, χαλεπώτατα ἔπραξαν, φονευόμενοι ὑπ' αὐτῶν· οἳ δὲ ἐς τὸ ἐπιτείχισμα τὸ ἐν τῇ Ἐρετρίᾳ, ὃ εἶχον αὐτοὶ, περιγίγνονται, καὶ ὅσαι ἐς Χαλκίδα ἀφικνοῦνται τῶν νεῶν.

Peloponnesii vero, captis 22 Atheniensium navibus, hominibusque partim caesis, partim captis, tropaeum statuerunt brevique post omnem Euboeam praeter Oreum, ad defectionem compulsam, suo modo gubernare coeperunt.

Λαβόντες δὲ οἱ Πελοποννήσιοι δύο καὶ εἴκοσι ναῦς τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἄνδρας τοὺς μὲν ἀποκτείναντες, τοὺς δὲ ζωγρήσαντες, τροπαῖον ἔστησαν· καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον, Εὔβοιάν τε ἅπασαν ἀποστήσαντες πλὴν Ὠρεοῦ, (ταύτην

χειν: διιστάναι, διειλυθέναι, et Thomas Mag. p. 234. διέχει δοκιμώτερον ἢ ἀπέχει, οἷον δέκα σταδίους διέχει. καὶ Θουκυδίδης διεῖχον δὲ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων (2, 81.), etc.; sed recte P. observavit, utrumque verbum legi apud bonos auctores. cf. M. gr. §. 31, c.

ἐξαναγκάσειαν. significationem verbi auget ἐκ praepositio (v. Viger. p. 602., ann. *, 8., Soph. Aj. 412., El. 64., Eurip. Med. 879.): igitur debilius est, quod habent Cass. et Aug., ἀναγκάσειαν, neque illi praeferendum.

διὰ τοιαύτης δὴ παρασκευῆς. vulgo διὰ τοιαύτην — παρασκευήν. illud, quod boni libri praebent, intelligas *in einer solchen Verfassung*. sic 4, 8. extr. (τοῦ χωρίου) δι' ὀλίγης παρασκευῆς κατειλημμένου, quem locum apposuit K. l. l. p. 295. — ἀναγαγόμενοι Vat. ceteri ἀναγόμενοι, quod minus facit ad ναυμαχήσαντες. *Hk.*

Ὠρεοῦ. *Oreos* urbs, ante dicta Histiaea (Iliad. β', 537.), in extrema Euboeae parte boreali sita fuit, ubi hodieque est Oreo. „de situ v. Livium 28, 5., 31, 46. historiam pete a Diodoro 19., Polybio 11., Plutarcho Aemil. 259. cf. Aristot. Polit. 5., p. 133., Demosth. de falsa Leg., Liban. Progymn. p. 107., Strab., Steph. Byz." *E Wass.* Ἑστίαιαν, et incolas Ἑστιαιᾶς, dicit Thuc. attice 1, 114.; 7, 57.; item Diodorus 15, 30.; neque apud Xenophontem Hellen. 2, 2, 3. Ἰστιέας vel Ἰστιαιᾶς legendum arbitror, sed pariter Ἑστιαιᾶς. Pausanias 7, 26, 2. καὶ κατ' ἐμὲ ἦσαν ἔτι, οἳ Ὠρεὸν τὴν ἐν Εὐβοίᾳ τῷ ὀνόματι Ἑστίαιαν ἐκάλουν τῷ ἀρχαίῳ. Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. 8., p. 251. de Oreo sic fere „Nach dem Verfalle der athenischen Macht warf sich hier Philistides als Tyrann auf, wurde auch von dem Macedonier Philipp in seiner eigenmächtigen Herrschaft geschützt.

δὲ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι εἶχον,) καὶ τἆλλα τὰ περὶ αὐτὴν διέσταντο.

Maxima omnium, quae unquam fuit, consternatio Atheniensium propter eam cladem et amissam Euboeam, utiliorem adhuc illis quam ipsam Atticam, nunc autem vehementer metuendam propter vicinium Piraei, quem facile, vacuum navibus, invadere, et, ipsa urbe Atheniarum obsessa, Hellespontum, Ioniam, insulasque, et omne Atheniensium imperium, occupare potuissent Lacedaemonii, si audacieres fuissent ad modum Atheniensium et Syracusanorum.

96. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν γεγενημένα, ἔκπληξις μεγίστη δὴ τῶν πρὶν παρέστη· οὔτε γὰρ ἡ ἐν τῇ Σικελίᾳ ξυμφορὰ, καίπερ μεγάλη τότε δόξασα εἶναι, οὔτε ἄλλο οὐδέν πω, οὕτως ἐφόβησεν. ὅπου γὰρ, στρατοπέδου τε τοῦ ἐν Σάμῳ ἀφεστηκότος, ἄλλων τε νεῶν οὐκ ὀλίγων, οὐδὲ τῶν ἐσβησομένων, αὐτῶν τε στασιαζόντων, καὶ ἄδηλον ὄν, ὁπότε σφίσιν αὐτοῖς ξυῤῥάξουσι, τοσαύτη ἡ ξυμφορὰ ἐγεγένητο, ἐν ᾗ ναῦς τε, καὶ, τὸ μέγιστον, Εὔβοιαν ἀπολωλέκεσαν, ἐξ ἧς πλείω ἢ τῆς Ἀττικῆς ὠφελοῦντο, πῶς οὐκ εἰκότως ἠθύμουν; μάλιστα δ' αὐτοὺς καὶ δι' ἐγγυτάτου ἐθο-

(Strabo 10., p. 683.) Stephanus aus Byzanz führt aber die Nachricht an, dass die Athener mit Beihülfe der Chalcidenser den Tyrannen in der Folge tödteten und die Stadt befreiten. Kassander in Macedonien liess sie vergeblich belagern (Diodor. 19, 77.). Nachher findet sie sich erst wieder unter Philipp. 3. als Festung mit macedonischer Besatzung. Eine Citadelle beschützte den Hafen, 2 andere Schlösser mit dazwischen gezogener starker Mauer vertheidigten sie von der Landseite (Livius 31, 46.). Sie lag am Abhange des Berga Telethrion auf einem Felsen; am Fusse ergoss sich das Flüsschen Kallas in die See (Strabo 10, 683.). — Die Römer schenkten dieser Stadt mit den übrigen in Griechenland den Namen der Freiheit (Polyb. Exc. de leg. 9.), aber sie verfiel. (Melam citans Mannertus, tanquam vetus nomen Histiaeae usurpantem 2, 7., erravit: sic enim ibi Mela de Euboea „Aliquot in ea sunt oppida, Styra, Eretria, Pyrrha, Nesos, Oechalia; verum opulentissimae Carystos et Chalcis;" nihil amplius.) Plinius zählt sie unter die zu Flecken herabgesunkenen Orte; Ptolemäus nennt sie noch Stadt; in spätern Zeiten verschwindet sie." (Wass. tamen „Episcopi ejus," inquit, „mentio est in Concilio chalced. a. Christ. 451.")

αὐτοὶ Ἀθ., ipsi Athenienses, non Euboei. Arn. cleruchos atticos dici putat, quos eo miserat Pericles, recuperata post defectionem Euboea. v. 1, 114.

96. τὰ — γεγενημένα: ἤγ. τὸ μήνυμα τῶν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ γενομένων. S. a consequente et per metonymiam Thuc. dixit τὰ γεγ. pro ἡ ἀγγελία περὶ τῶν γεγενημένων. „Primum suspicabar, ἦλθε fortassis e compendio scripturae, vel alio errore librariorum, ortum esse pro ἠγγέλθη, quomodo saepe loquitur Thuc., non ἦλθε. cap. 97. ἐπὶ τοῖς ἠγγελμένοις. deinde, cum vidissem, scholiasten verba ἦλθε τὰ γεγ. interpretari ἦλθε μήνυμα τῶν γεγενημένων, unde apparet, eum agnovisse τὸ ἦλθε, nihil tentandum arbitratus sum, etsi non valde obvium genus loquendi esse puto." D. Valla quidem nuntiata sunt; sed ex eo non sequitur, eum legisse ἠγγέλθη: sensum, quem perspexerat, τοῦ ἦλθε expressit.

οὐδὲ τῶν ἐσβησομένων, scil. ὄντων, cumque non essent, qui naves conscenderent.

ξυῤῥάξαι interpretantur conflí-

ρύβει, εἰ οἱ πολέμιοι τολμήσουσι νενικηκότες εὐθὺς σφῶν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ, ἔρημον ὄντα νεῶν, πλεῖν· καὶ ὅσον οὐκ ἤδη ἐνόμιζον αὐτοὺς παρεῖναι· ὅπερ ἂν, εἰ τολμηρότεροι ἦσαν, ῥαδίως ἂν ἐποίησαν, καὶ ἢ διέστησαν ἂν ἔτι μᾶλλον τὴν πόλιν ἐφορμοῦντες, ἢ ἐπολιόρκουν μένοντες, καὶ τὰς ἀπ' Ἰωνίας ναῦς ἠνάγκασαν ἄν, καίπερ πολεμίας οὔσας τῇ ὀλιγαρχίᾳ, τοῖς σφετέροις οἰκείοις καὶ τῇ ξυμπάσῃ πόλει βοηθῆσαι· καὶ ἐν τούτῳ Ἑλλήσποντός τε ἂν ἦν αὐτοῖς, καὶ Ἰωνία, καὶ αἱ νῆσοι, καὶ τὰ μέχρι Εὐβοίας, καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἡ Ἀθηναίων ἀρχὴ πᾶσα. ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ μόνῳ Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίοις πάντων δὴ ξυμφορώτατοι προσπολεμῆσαι ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς· διάφοροι γὰρ πλεῖστον ὄντες τὸν τρόπον, οἱ μὲν ὀξεῖς, οἱ δὲ βραδεῖς, καὶ οἱ μὲν ἐπιχειρηταί, οἱ δὲ ἄτολμοι ἄλλως τε, καὶ ναυτικῇ ἀρχῇ πλεῖστα, ὠφέλουν. ἔδειξαν δὲ οἱ Συρακούσιοι· μάλιστα γὰρ ὁμοιότροποι γενόμενοι ἄριστα καὶ προσεπολέμησαν.

Igitur Ath. statim 20 naves instruunt, et vocata concione Quadringentis magistratum abrogant, eorum in locum suffectis 5 millibus ad rempublicam administrandam; quorum in numerum recipi voluerunt, quicunque arma gestarent; magistratus autem geri sine mercede, et execrandum esse, qui eam acciperet.

97. Ἐπὶ δ' οὖν τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι ναῦς τε εἴκοσιν ὅμως ἐπλήρουν, καὶ ἐκκλησίαν ξυνέλεγον μίαν μὲν εὐθὺς τότε πρῶτον ἐς τὴν Πύκνα καλουμένην, οὗπερ καὶ ἄλλοτε εἰώθεσαν, ἐν ᾗπερ καὶ τοὺς τετρακοσίους καταπαύσαντες τοῖς πεντακισχιλίοις ἐψηφίσαντο τὰ πράγματα παραδοῦναι· εἶναι δὲ αὐτῶν ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέξονται· καὶ μισθὸν μηδένα φέρειν μηδεμιᾷ ἀρχῇ· εἰ δὲ μή, ἐπάρατον ἐποιήσαντο.

gere, conserrere inter se. — ἢ ἐπολιόρκουν. repete ἂν ex praegressis. — οἱ μὲν ὀξεῖς—ἄτολμοι. explicatius hanc morum discrepantiam persequitur 1, 70. et 84.— dativum ναυτικῇ ἀρχῇ junge τῷ ὠφέλουν, cum verbum ὠφελέω et dativum, et accusativum, admittat. v. M. gr. §. 391. *Ex Hk.*

ναυτικῇ ἀρχῇ, *imperio maris*, i. e. mari imperantibus, qui prae aliis alacres et promti ad agendum esse debent; quales erant Ath.; non item Lacedaemonii, qui tarditate sua imperium illud Atheniensium adjuvabant.

97. ἐς τὴν Πύκνα. sic libri optimi pro Πνύκα. illud veteribus Atticis vindicat Buttmann. gr. maj. 1., p. 237. locus erat juxta arcem, ubi plerumque concienes Atheniensium habebantur, maxime αἱ κυρίαι ἐκκλησίαι. v. annot. ad c. 67. — ὅπλα παρέξεσθαι, i. e. ὁπλιτεύειν, soli ditiores poterant; pauperes leviter armati erant, vel navalem militiam exercebant. *Hk.* v., quos laudat K. ad Dionys. p. 254., Aristot. Polit. 2, 5, 2.; 6, 4, 3., Plat. Leg. 6., p. 753, C.

ἐπάρατον, ἀραῖον, *exsecrandum*, diris devovendum; quarum exempla vide apud Sophoclem Oed. tyr. 254. — 257., et Aristophanem Thesm. 310.—330. cf. Soph. Trach. 1136., sequ., Eurip. Med. 379., sequ. Livius 40, 5. *Hujus atrocitas facinoris novam velut flammam regis invidiae adjecit, ut vulgo ipsum liberosque ejus exsecrarentur; quae dirae brevi ab omnibus diis exauditae, ut saeviret ipse in suum*

Aliis quoque frequenter advocatis concionibus Ath. sciverunt leges d creandis nomothetis omnique administratione reip., aequa illa qu dem initio, pariterque utili optimatibus ac plebejis.

